 filios intellige theologos  
 siue philosophos legūq;  
 doctores secularū. qui in-  
 ta de v̄tutibz vicisq; v̄ti-  
 lissē disputates. v̄tilia vi-  
 uendi credendi q̄ instituta  
 se mortalibz dare p̄mitte-  
 bāt. **¶** Deu certe ip̄os sp̄s  
 iudicis q̄ velut hostibz cō-

sulendo sese p̄ deo colendos t̄-  
 gerebāt. Quibz certatim  
 audiendis gentilitas q̄ to-  
 magi n̄al̄ industrie vires  
 expenderat. tāto m̄l̄ po-  
 tuit ab iniquitatis sue corde  
 purgari. **¶** Hęc ubi p̄l̄m  
 iudeoz egrotasse veritas  
 de celo cognouit adesse me-  
 dici cepit 4 ipsa languoris  
 sui sp̄are p̄t̄ et inquirere  
 remediū. **¶** Cū audisset  
de ihesu veit in turba ret̄  
et tetigit velimētū ei.  
dicebat em̄. Quia si uel  
tetigero velimētū ei sal-  
ua ero. Et cōfessū licet  
3 fons sanguis ei. **¶** Veit 4  
 dnm̄ tangit etiā. cū ei p̄  
 fidei vitatē appropinquat. veit  
 at̄ retro siue iuxta id qd̄  
 ip̄e ait. **¶** Si q̄ n̄ m̄l̄brat  
 me sequat̄. **¶** Et alibi p̄opi-  
 tur. **¶** q̄ dnm̄ deū suū ab-  
 labis. S̄me q̄ p̄t̄e car-  
ne dnm̄ n̄ videns. p̄actis  
iā sacris incarnatione illi  
ad fidei y agniciois ei q̄  
am p̄ueit. **¶** Sic q̄ d̄ p̄t̄  
 op̄atioe sacroz ei saluati-  
 a p̄ctis meruit. q̄ tactū  
 velimētōz ei fons sui  
 sanguis licetuit. **¶** Fons ap-  
 p̄e sanguis origo p̄cti.  
 Quod q̄ fons sanguis est  
 imm̄d̄ p̄mordū cogitatio-  
 om̄s ex quo p̄ctū oē nat̄-  
 at̄. **¶** Hęc d̄ns oī verbis

evāgelicis nō solū opa et  
 vba mala compescere. s; et  
 cogitationū neq; radi-  
 cem exstirpare curavit.  
In h' ult' q; laus evāge-  
licis emūdari donavit. q;  
 virtute exsiccandi fontis  
 obsecm sine vestimētis in-  
 didit. Et statim ih̄s q;  
proles i semetipso vbitē  
q; erant de eo. nisi ad  
turbā auebat. Et tetigit  
vestimēta mea. Nō ut ipse  
 q; nesciat doceret. itrogat.  
 s; ut vbi q; bñ nouerat imo  
 quā ip̄e dederat i muliere  
 declareret. Et declarata ag-  
nita. q; v̄tute fidei mlti  
ad salutē puenit. Et  
dicebat ei discipuli sui.  
 Videns turba cōpmetem  
 te q; dicit qd me tetigit.  
 Quē turba passim comi-  
 tans cōpmetit vna cre-  
 dula mulier dñm tangit  
 q; qm dñs i ordmate  
 glomeratōn̄ h̄elib; sine  
 p̄sio morib; q̄stuitur.  
 solo catholice ecclie fidei-  
 ter corde venit. Flū h̄ic  
quidā videtes nō vident.  
q; audietes nō audiunt. ita  
ecclā tangētes nō tangunt  
qm nō simplici s; dubio  
ut silate corde xpm tangit.  
 Vñ quidā amāb. quidē.  
 s; nodū plene credenti dicit  
 ip̄e. nolo me tangē. nodū

em̄ ascendi ad patrem meum.  
 Aptē dicens. q; sit ipm ve-  
 raciter tangē. p̄i saluz  
 eāte cred. Et cōspiciē-  
bat vidē ea q; hoc fecerat.  
Nō obliuiscet fidelū suoz  
dñs nec i se spantes timeri  
desistat s; oēs qm saluari  
merent' suo dignos inuē-  
at misericōdē indicat. Iste  
pau' clamavit. q; dñs ex-  
audiat eū. Mulier  
at timēs et tremēs laens  
qd factū eēt i se venit q; p̄-  
dit an eū q; dixit ei om̄m  
veritate. Ecce quo iro-  
gatio dñi tendebat. ut vi-  
deliz cōfiteute palā mulie-  
re veritate sue dñm i  
firmitatis subite credulita-  
tis diuine p̄uocatiois ac  
donate sibi sanatiois. q; ip̄a  
certius cōfirmaret' i fide  
q; plurib; saluz et vite  
p̄bet' exemplū. Dem. q;  
sequit' Ille at dixit. filia  
fides tua te salua fecit. va-  
de in pace et esto sana. a  
plaga tua. Deo filia q;  
fides tua te salua fecit. In  
eo ei q; credidit iā salua  
facta es. Quicquid loq;  
te veniunt ad archylenago-  
qm dicitēs. q; filia tua  
moritua ē q; vlt' veras  
magm. Saluata a plu-  
mo laq; muliere. mor-  
filia archylenago q; mor-

† Fecit dicit fides tua te salua factura ē  
 sed salua fecit

tua nūc atē. Quia dū eam  
 a viciozū labe mūdāta. et ob  
 fidei meritū filia ē cognomi  
 nata. cōtinuo synagoga p  
 fidie simul q̄ iudie luctus  
 soluta ē. **P**fidie quidē. quia  
 i xpo credere noluit. In iu  
 die vero. qz eam am credere  
 doluit. **P**ceptū nāp. ē iacti  
 bz aploz. **P**ep̄h aut salbō  
 penē vniūsa ciuitas cōuenit  
 audire vbu dñi. Vidētes at  
 turbas iudē repletū s̄ zelo.  
 et cōf̄ dicebat hīs qz a pau  
 lo dicebant. maledicentes.  
**E**t qz aiebat nūq̄ archiepi  
 synagoga q̄ ult. veras magis  
 p̄ eos hodie qz dicit. qz deo  
 deditū synagoge statim  
 videt. ut restitui. uti posse  
 nō credat. idē p̄ p̄ resuscita  
 tōz illū supplicandū eē nō  
 cōmet. **H**z q̄ impossibilia  
 s̄ ap̄ hoies. possibilia s̄ ap̄  
 deū. **V**n̄ apte sequit. **I**h̄s  
 vbo ad dicebat. audite aut  
 archiepi synagoga. **N**oli timē  
 timē aede. **A**rchiepi syna  
 goga ceteris doctozū legis  
 q̄ dicit. de quo dñs ait.  
**S**up cathedrā moysi sedē  
 tū scribe et pharisei. qm̄  
 si credere ipe voluerit. eē  
 s̄bicta ei synagoga salua  
 erit. **E**t veniūt i domū  
 archiepi synagoga et vident  
 timū hū et flentes et eulā  
 tes nūm. **E**t letēt̄ iquit

omēs i sperit̄ i te: ietm̄  
 exultabūt q̄ hitabis i eis.  
**Q**uia vero synagoga letho  
 a hanc dñice ihericōnis  
 merito ihericōnis amulit.  
 q̄ i m̄ flentes et eulātes  
 mortua iacet. **S**icut h̄ sup  
 na pietas fūdit. eā ihericō  
 patit. qm̄ p̄ca cō finē  
 s̄li reliquias ei. s̄d̄ elec  
 tionē. p̄e salutē q̄ vite resti  
 tuit. **V**n̄ apte s̄lingit.  
**E**t magis ait eis qz turba  
 m̄m q̄ plozatis. **I**ouel  
 la nō ē mortua s̄ dormit.  
 hōbz mortua q̄ saluāte  
 nequerat. i deo dormiebat.  
 i aū disposicioē q̄ aū re  
 cepta vnebat. et caro re  
 suscitāda q̄s̄cebat. **V**n̄ mos  
 xpianū obtruit. ut mor  
 tuū qm̄ resuscitari esse  
 nō dubitat. dormientes  
 vocent. sicut aplūs. **N**olu  
 vos m̄t̄ ignozac fides de  
 dormiebz ut nō cōtriste  
 mini sicut et ceteri qui sp̄e  
 nō habent. **H**z et i parte  
 allegori ē. q̄ aū q̄ pec  
 cauerit ip̄m̄ moriatur.  
**T**amē ei quā dñs resuscit  
 tandā atz ad vitā eternā  
 p̄ndit eē venturā. not  
 quidē mortua fuisse. s̄ ei  
 obdormisse dicit nō iagūe  
 p̄. **E**t irridebat eū. **I**p̄  
 vero cecidit oibz allumit  
 p̄em q̄ m̄em puelle q̄.

Quia vba resuscitatiois irridi  
 q̄ credere malebat. merito  
 foras excludit. utpote  
 idigni q̄ potētia resuscita-  
 tiois ac resurgētis uniterm  
 viderēt. Item foras turba  
 eicatur ut puella suscitet̄  
 q̄ si nō p̄t̄ a searēcioibz  
 cordis expellit̄ iportua  
 scilicet m̄hibido curarū.  
 aīa q̄ m̄tusciois iac̄ mor-  
 tua nō resurgit. Ita dū  
se p̄ manū terrēnoꝝ  
desiderioꝝ cogitatioes sp̄-  
git. ad cōsiderationē sui  
sele nullatenus colligit.  
Et tenēs manū puelle  
ait illi Tabitacum. ad  
2. m̄ptibi puella tibi dico  
surgē. Querat diligēs  
 lectos quare verar̄ dīa  
 gelista dictū saluatoris  
 exponēs m̄posuerit de  
 suo tibi dico. cū i s̄ro s̄  
 mone q̄ posuit nō plus  
 sit dictū q̄ puella surgē.  
 nisi forte ip̄t̄ exp̄mēdam  
 vīm dīcē illū dīs hoc  
 augendū putant. maḡ  
 sensū loq̄tibz q̄ ip̄a vba  
 suis curarū intimae lec-  
 toribz. Ita y familiare  
 constā. cō exāgelistis  
 atz aplis. cū de veteri  
 testamēto testimōia assu-  
 mit maḡ sensū p̄pheti-  
 cū ponē curare q̄ verba.  
 Tenēs at manū puelle d-

min⁹ suscitavit eā. q̄ n̄  
 p̄t̄ m̄date fuerit ma-  
 nū m̄dor̄ q̄ sāguīe ple-  
 ne s̄t̄ s̄māgōga cor̄ mor-  
 tua nō q̄lūgit. Et cō-  
festim surrexit puella y  
ambulabat. Quēcūq̄  
ei p̄cis mortūi sup̄ne  
manū miserat̄ dīs re-  
suscitatur a tēgerit nō  
solū a lordibz y veteri no-  
scelerū exurgē. s̄ y i boibz  
cōtinuo p̄ficē debz opibz.  
videlz iur̄ p̄salmit̄ m̄ḡ  
diens sine macula y opa  
excercēs iusticie. Et ob-  
stupuerit stupore maḡno.  
et p̄cepit illis vehemēt.  
ut nemo id sciret. Et  
dixit dare illi māducae.  
Ad testmōiū quidē vere  
resuscitatiois dare puel-  
le māducae p̄cepit ne  
nō veritas s̄ fantasia  
q̄d̄ apparebat ab tā edu-  
lis putaret. P̄ y si q̄  
a sp̄itali morte surrex-  
erit. celesti iurē ē mor-  
p̄ne capetur. y dūm  
salū vbi y sac̄ s̄o altūb  
p̄nceps efficit. Ita iurē  
mortalē itellōi t̄cēs illi  
mortūi quos saluator  
i corp̄ibz suscitavit tria  
quā resurrexiois aīa  
significat. Et quidē nō  
nullū q̄sēū male delecta-  
ciōi p̄bendō latente t̄tū

v m

cogitacioe peccati sibi mor-  
 te consciant. **E**x tales se  
 vniuersare significans sal-  
 uator resuscitauit filiam  
 archilinnagapi nodu foris  
 elatam, s; i domo mortua  
 q; viciu secreto i corde te-  
 gentem. **A**lm no solu  
 noxie delectacioni consen-  
 cendo, s; et ipm malu  
 qd delectat expleo mor-  
 tuu suu q; extra portas  
 efferunt. **E**t hos se si pe-  
 nitent resuscitacoe demo-  
 stras. suscitauit iuuenem  
 filiu vidue ext' portas  
 ciuitatis elatu. **U** reddi-  
 dit mrt sue. **Q**uia respici-  
 pulcenti a peccati tenebris  
 ai am vnitati restituit  
 carie. **Q**uidam vero non  
 solu cogitacoe ut faciedu  
 illiata. s; y ipa peccandi  
 consuetudine se q; sepelie-  
 do corrupit. **V**er nec  
 ad hos erigendos minor  
 fit vta q; gracia salua-  
 toris. si tm assint cogita-  
 ciones sollicitate q; sup or-  
 salute velut deuote xpo  
 sorores inuigilant. **N**ad  
 hoc imadu resuscitauit  
 lazaru quatuor dies in-  
 motu merto habete et so-  
 core attestante ia fete-  
 rem. **Q**uia nru pessia  
 noxios acta solet fama  
 comitari. **N**otadu aut

q; qto q;uoz aut moris ig-  
 erit. tanto acrioz necesse e  
 ut resurgat meate peccatis  
 feruoz insitet. **N**ia leuiorib;  
 y condiam curatus leui-  
 zis peccatae pnt remedio  
 curari. **Q**d occulte volens  
 ostendere dñs iacetu i con-  
 clam mortua facillia ac  
 breuissia voce resuscitat  
 dices. puella surge. q; ee  
 ob facillitate resuscitadi  
 ia mortua fuisse negaue-  
 rat. **D**elatu at foras in-  
 uene mortuu. plib; ut  
 reuulsa debeat dicitis  
 corroborat ai ait. **I**uue-  
 nis tibi dico surge. **Q**ua-  
 triduan vero mortua.  
 ut longa pmetis sepulch-  
 ri claustra euade poss;  
 fremunt spu ihu. **T**uba  
 ut seipm lacrimas fudit  
 rur-su fremunt ac magna  
 voce clamant. lazare  
 vem foras. et sic tanq;  
 qm erat despatu discusso  
 tenebraru pondere. vite  
 luci q; reddit. **E**t y h  
 notandu. q; q; publica  
 noxa plib; eget reme-  
 dio. leuia at peccati leuior;  
 et secreta qnt pma deli.  
 puella i domo iacet pau-  
 cis arbitris exurgit. eis  
 d; q; vehemet ut nemi-  
 ni id manifestet sapit.  
**I**uuenis ext' porta t'ba



multa comitate atq; i-  
tuente suscitatur. Lazari  
de mortuo uocato. Ita-  
tu ipse innotuit. ut ob-  
eoz q' uide testio in plime  
dno turbe cu palmo oc-  
cureret. et mlh ppter  
illu abirent ex iudeis y  
crederet i ihm. Et tum  
vero mortui nuaate dis-  
cipulo dno audiuit s qz  
qm p ei exatatioe pce-  
sentur inuadi fuerant.  
Dimitte magt ut mortui  
sepeliat mortuos suos.  
id e mali malos nomis  
laudibz grauet. Et qz  
no adest iusto q' corripit  
at i misericordia oleum  
pccozis ipignet caput  
eorum. **Capitulum sextum.**

**E**t ingressa uide a-  
bit in priam suam  
sepeliant illu discipuli  
sua. Et scto sabbo cepit  
i synagoga docere. Et ml-  
h audientes ammirabat  
i doctrina ei dicentes. Hi  
hinc s' oia et q' e sapia  
q' data e illi. et uirtutes  
tales q' p manus ei effu-  
unt. Patria ei nazara-  
reth dicit i qua car nu-  
tritus. P' q' ista nazare-  
noz creatus q' eu q' i vbi  
fuit q' ipis si meo no le-  
ua fuisset xpm cognosce-  
potant. ob sola q'nis no-

tiā cōtepnāt. **Sapientia**  
at ad doctrinā. uirtutes re-  
ferūt ad sanitates. Et mi-  
racula q' faciebat. q' soler-  
ti ac pulchra distācia cō-  
mēdrat aplō diceb. uidei  
signa petiit. y greca sapie-  
ciā q' erunt. Nos at p'dia-  
mō y m' uocaturū uidei  
q' dem scādaliū q' dicit aut  
scādaliā. ipis uero uoca-  
tis iudeis y grecis xpm  
dei uirtute y dei sapiam.  
In qua nimirū scētia  
uirtute ad signa retulit  
ppt iudeos. sapiam at ad  
doctrinā ppt grecos id est  
gentes. Nonne iste e fabri  
filio marie frat iacobi y  
ioseph y uide y simonis.  
Nonne et sorores ei hic  
nobilis s'. Et scādali-  
labāt i illo. Scādaliū  
y error iudeoz salū nra  
est. y hericoz q' dēpnao.  
Itā hū em cernebat ho-  
mine ihz y m. ut hūc fili-  
brū et iuxta aliu euāgē-  
listā fabri clamarēt fili-  
ū. frēs quoq; y sorores  
ei scēi cē testaret.  
Qui tamē nō liberi io-  
seph a marie iuxta he-  
nicos putadi. s' pccā-  
iuxta more sacre scriptū-  
cognati ipoz s' stelligē-  
di. quō abrahā y loth  
frēs appellat. cū cēt

vi<sup>m</sup>

loth filio fr̄is abhe. y mltā  
 habes h̄mōi. flō aut sine  
 certi p̄uioe sacri dñs i  
 carne appareb̄ faber y  
 fabri filio est h̄ari ac dia  
 uoluit. qñ pot̄ ead̄ p  
 hoc se quis ante secula  
 filiū eē docuit. q̄ fabrica  
 tor̄ om̄i i p̄ncipio cre  
 auit de q̄ celu y terra. flā  
 y li huāna nō s̄ copandi  
 diuini. h̄ p̄us h̄i iteger  
 est. q̄ p̄ xp̄i igne opat̄  
 y spu. vñ q̄ ip̄e tāq̄  
 y fabri filio p̄curator suū  
 aut. Ip̄e vob̄ bap̄tizat̄  
 in spu y igni. Am̄ i do  
 mo magna h̄ m̄l̄i di  
 uisi qñs vasa fabricat̄  
 fimo vasa ire sui spu  
 igne molliendo i m̄sei  
 corde vasa cōmutat̄.  
h̄ h̄o sac̄ i uideri ignari  
 dñe v̄tutis opa p̄lapie  
 carnalis q̄templacōe  
 despiciūt. Et dicebat  
eis ih̄s qz nō ip̄ia sine  
honore nisi in p̄ria sua.  
et cognacōe sua y i do  
mo sua. Propheta dia i  
sc̄pturis dñm ih̄m xp̄m.  
et moyses testis ē. qm̄  
future ei i carnacōne  
p̄dicēs filijs isrl̄ ait.  
Propheta vob̄is suscitab̄  
is. de v̄b̄ d̄ fr̄ib̄ v̄ris  
tāq̄ in eip̄m audietis.  
Non solū at̄ ip̄e q̄ caput

y dñs ē y ph̄az. s̄ y helias  
 et themas ceteri qz ip̄he  
 minores i p̄ria sua q̄ in  
 ceteris ciuitatib̄ habitat̄.  
 Quia ip̄e modū n̄ale ē a  
 ues h̄y am̄bz iud̄. flō  
 em̄ considerat̄ p̄sencia vi  
 ri opa. s̄ fragile recōz  
 dante infancā. qñ nō y  
 ip̄i p̄ colde etatis gradus  
 ad maturā etatē venerit  
Et nō potat̄ ibi v̄tutē  
ullā face nisi paucos ih̄s  
mos ip̄olitis manib̄ cū  
uit. Et mirabate p̄ter  
īcredulitatē illoz. Non  
 q̄ ead̄ illis īcredulis fa  
 ce nō potuerit v̄tutes  
 mltas. s̄ quo ne mltas  
 facēs auēs īcredulos  
 cōdep̄naet. p̄t aut̄ y  
aliter itelligi q̄ ih̄s des  
piciat̄ i domo y i p̄ria  
sua h̄ ē i p̄lo iudeozū.  
Et ideo ibi pauca signa  
fecit ne penit̄i excusabi  
les fierent. Maiora  
 at̄ signa cotidie i gētib̄  
 p̄ ap̄stolos facit. nō t̄  
 in sanacōe corp̄m q̄ in  
 aīz salute. Et at̄ mirai  
dicat̄ dñs īcredulitatē  
illoz. nō q̄ inopinata  
y i p̄uila mirate q̄ nouit  
oīa an̄s fiat. sicut p̄cefi  
dem centuoziorū q̄ noua  
y an̄ īcognitā mirai tē  
cepit qñ audiet̄ v̄ba pie

confessiois eius aut. q<sup>m</sup> n<sup>o</sup>  
 in isrl tanta fide iuven<sup>t</sup>  
**E**t qui nouit occulta cor-  
 dis. qd mirandu intima  
 re vlt hoibz mirari se  
 cora hoibz ondit. **Q**u-  
 randa em erat fides ce-  
 luriomis qui sn hoie do-  
 tore sine eloqis scriptura  
 zu. sine opaculis angeloz  
 tantu nali sensu diuini-  
 ty illuato. cognouit p  
 miracula den ee veru  
 que p huane fragilitate  
 infirma hoem veru ee  
 nouerat. **A**c est non  
 miru admiranda naza-  
 renoz infidelitas. qm  
 4 doctozibz habudates  
 et eloqis dnm i quibz  
 xpi pdicabat adueta.  
 ipz ead pntē habetes  
 xpm agnacione sui illi  
 et verbis nigerete et  
 signis. nichilo i cre-  
 diti durabat. **E**t i vno  
 eoz iudeoz mirada no-  
 tat. ceasar. qui nec ip-  
 hetis suis crede d xpo  
 nec ipsi int se nato vo-  
 luerut crede xpo. **I**n  
 alio fides coronate ge-  
 cui. qui m iudeos na-  
 tu h expulsi ipi cu o-  
 raculis sacris media-  
 toze dei et homi hoiez  
 ihm xpi suscipe merue-  
 rit. **E**t circubat cal-

tella i circuitu dces. 4  
conuocauit duodecim. et ce-  
pit eos mitte vnos. Et  
dabat illis potate spu  
imudoz. Benignus et  
clemes dñs ac inge no  
iudic seruis atqz disci-  
pulis virtutes suas. Et  
sicut ipc curauit oem  
languoze 4 oem ifirmi-  
tatem. aplis quoqz sui  
dedit potate ut curet oem  
languoze 4 oem ifirmi-  
tatem. Ez multa disti-  
 cia e m habe 4 tribue.  
 donare et accipe. **I**ste  
 qd cuqz agit potate dñi  
 agit. illi si quid faciut  
 ibe callitate sua 4 vtu-  
 te dñi confitete dicetes.  
 i noie ihu surge 4 abula.  
**E**t precepit eis ne  
quid tollerent i via nisi  
virga tantu. no perano  
panis neqz i zona ee.  
h calciaos sandalis.  
et ne induerent duabz  
tunicis. Tanta pdica-  
tori debet i deo ee fidu-  
cia ut pntis vite supro  
qñis no pūdeat. In si  
hos non desse etissime  
ciat. ne dñ mens eius  
occupat ad tpalia. nisi  
alio pūdeat etna. So-  
let aut qm quō matthe-  
4 lucas comēorauerit  
dirisse dñm discipulis

vj<sup>m</sup>

ut nec vga ferret. cu  
 dicat marci et pcepit  
 eis ne quid tollent i via  
 nisi vrga tm. qd ita  
 coluit. ut itelligam. **S**  
 alia significatioe dicta  
 vrga q scdm marci fe-  
 renda e et sb alia illam  
 q scdm matheu et lucam  
 no e ferenda. **S**icut sub  
 alia significatioe itelli-  
 gite temptatio de qua  
 dictu e de nemine tep-  
 tat et sb alia dem e tep-  
 tat vos dno de v ut  
 sciat si diligatis eu. **I**lla  
 seductio e h pbatiois.  
**P**trinqz ergo accipiedu  
 e a dno aplis dictu ut n  
 vga ferret et ut no nisi  
 vga ferret. **C**u em scdm  
 matheu dicit eis nolite  
 possidere auru neqz ar-  
 getu. continuo sbieat.  
 digno e em opari abo  
 suo. **V**n satis ondit au-  
 eos h posside ac ferre  
 noluerit. no qo nctia  
 no sint sustentatioi hui  
 vite. s qz eos sic mitte-  
 bat. ut eis h debere mo-  
 straret ab illis qbz ewa-  
 gelu credntz annua-  
 rent. **C**larer aut hec  
 no ita pcepisse dnm taf  
 ewangeliste vnie aliud  
 no debeant. qz eis pbe-  
 tibz quibz annuaat ewa

gelu. alioqn cont hoc  
 pceptu fecit apls q vic-  
 tu de manuu suaz labo-  
 ribz trisigebat. sic emqz  
 qnas eet. s ptate dedisse  
 t qua feret sibi ista debe-  
 ri. **C**u at a dno aliqz ip-  
 atur nisi fiat iobediem-  
 cie culpa e. cu at ptas  
 datur. licet vnicmqz no  
 vti. et taf de suo iure  
 redere. **H**oc ergo ordi-  
 nas dno qd cu ordimalle  
 dicit apls hns q ewage-  
 lu annuaat de ewage-  
 vnie. **I**lla aplis loqba-  
 tur. ut seculi no possi-  
 deret. neqz portaret  
 hinc vite nctia. n mag-  
 na n mima. idv posu-  
 n vrga ondens a fide-  
 libz suis oia debere mil-  
 tris suis. nulla supflua  
 requiretibz. **A**c p hoc  
 addendo. **D**ignu e em  
 opari abo suo. pntus  
 aperuit t illustravit.  
**V**n hec oia loqretur.  
 hanc ergo ptate vrga-  
 noie significavit cu dixit  
 ne qd tollent i via nisi  
 vga tm. ut itelligatur.  
 qz p ptatem a dno ac-  
 ceptam q vrga noie  
 significata e ead qno  
 portant no deert. **H**oc  
 et de duabz tunicis itel-  
 ligedu e. ne quisqz eoz

pter eā quā cēt iduta ali-  
 am portandā putaret  
 sollicitū. nec op<sup>d</sup> cēt aū  
 ex illa ptate possit acci-  
 pere. **¶** Unde marcus di-  
 cendo calaari eos san-  
 dalis ul' soleis aliqd h<sup>o</sup>  
 calciamentū miltitē sig-  
 nificatiois habere aūo-  
 net. ut pes neqz tectū  
 sit neqz nudū ad terrā.  
**¶** Idē nec occultet. Abāge-  
 lū. n<sup>o</sup> tremis cōmodis  
 imitat. **¶** Et q<sup>d</sup> nō porta-  
 ri ul' haberi duas tum-  
 cas. s; expressū m dū  
 phibet dicens. et ne m-  
 dueret<sup>r</sup> duabz tunicis.  
 q<sup>d</sup> eos admonet nisi nō  
 dupliciter s; simpliciter  
 ambulare. **¶** Ali<sup>o</sup> duabz  
 tunicis videt<sup>r</sup> michi du-  
 plex ondē vestimētū nō  
 quo illos s; dicit glia  
 ali uine rigētibz vincta  
 quis tunica delzat ee  
 contētū. sed q<sup>d</sup> i tunica  
 vestimētū intelligam<sup>o</sup>. ne  
 aliud vestiti aliud nobis  
 futoz timore seruam<sup>o</sup>.  
**¶** Allegorice at p<sup>o</sup> pe ram  
 onia scli. p<sup>o</sup> pane deliac  
 tpales. pes i zona or  
 cultatio sapie designat.  
**¶** Qui ei sapie vbiū habet.  
 s; h<sup>o</sup> erogare p<sup>o</sup>rio negli-  
 git. q<sup>d</sup> p<sup>o</sup>riat<sup>r</sup> i zona  
 clausa tenet. **¶** Et s<sup>o</sup>ptū

ē. **¶** Capnā abscondita u  
 thezaur<sup>o</sup> occultū q<sup>d</sup> vti-  
 litas i vtrilqz. **¶** No ergo  
 pera aplis. nō p<sup>o</sup>riat nō  
 es i zona ferēdū ē. q<sup>d</sup>  
 quisqz officū doctozis  
 accipit. neqz oneribus  
 scolarū negotioz d<sup>o</sup> p<sup>o</sup>riat.  
 neqz carnalibz d<sup>o</sup> s<sup>o</sup> d<sup>o</sup> r<sup>o</sup>  
 redim. neqz cōmissum  
 sibi talentū vbi s<sup>o</sup> oao  
 debet lenti corpis absco-  
 dere. **¶** **¶** Et dicebat eis.  
**¶** Quocūqz inueneritis in  
domū illic manete d<sup>o</sup>  
nec creatis m d<sup>o</sup>. **¶** In  
 matheo ita s<sup>o</sup>ptū est.  
**¶** In quacūqz domū ciui-  
 tatem ul' castellū itue-  
 ritis it<sup>o</sup>rogate q<sup>d</sup> i ea  
 dign<sup>o</sup> sit. et ibi mane-  
 te d<sup>o</sup> nec creatis. **¶** Dat  
 cōstācie quāle mada-  
 tū. ut hospitalis neces-  
 situdis iura custodiāt.  
 Alieni a p<sup>o</sup>dicatoe reg<sup>o</sup>  
 m celestis astruēs cur-  
 sitare p<sup>o</sup> domos. t<sup>o</sup> d<sup>o</sup> mo-  
 labilis hospiciū iura m-  
 tere. nec oao se sedm  
 matheū dom<sup>o</sup> quā ig-  
 diant apli legenda  
 d<sup>o</sup> cēt m<sup>o</sup>. ut mutadi  
 hospiciū necessitudis q<sup>d</sup>  
 violandē eā nō sup<sup>o</sup>erat  
**¶** **¶** Et quicūqz nō rece-  
perit vos nec audie-  
rit vos creates m d<sup>o</sup> q<sup>d</sup>

ante pulvere & pedibus  
 vris i testimonio illis. Iou  
 nis erant de pedibus i  
 testimonio laboris sui q  
 egressi s*u*t i ciuitate & p  
 dicacio aplice ad illos  
 usq; puenit. Ime er  
ant puluis. ut nichil  
ab eis accipiat. ne ad  
victu quide necm qm  
euageliu spreuerit. Et  
erentes pdicabat ut pe  
nitentia ageret. Et d  
moia multa euocabant.  
4 unquebat oleo multos  
egrotos 4 sanabat. In  
et apls iacob. Infir  
mate quis i vobis iduat  
pbis etie 4 oret sup  
ipm ungetes eu oleo  
in noie dm. et si i pacis  
sit dimittet ei. Unde  
pater ab ipis aplis huc  
scie etie more ee fctm.  
ut energumim ul' alij  
quibus egroti unqat  
oleo pontificali bndicti  
one consecrato. Et au  
dit herodes rex mal  
festu ei factu e nomen  
ei. 4 dicebat. Quid io  
hanes baptista resurrex  
it a mortuis. 4 ptea  
virtutes opante i illo.  
Quata mdoz iudicia. q  
cont. dm malicie furoz  
extitit. ex oib' pene lo  
as euageliu docem. Et

ce em iohem de q dm e q  
 signu feat nullu. a mortuis  
 potuisse resurge nullo attes  
 tante credbat. Ihm aut  
viru pbatu a do vtutibz  
4 signis. cu videt mortu  
elementa tremuerit resur  
rectione vero atq; ascen  
sione angeli apli viri ac  
feie certati pdicabant.  
no resurrexisse. s; furti  
ee ablatu cred maluerit.  
Qui cu dicerit iohannem  
resurrexisse a mortuis  
4 ptea vtutes sopmatas  
sine opatis ee in illo. Be  
ne oadis de vtute resur  
rectionis senserit q ma  
ioris potate futuri sunt  
sa cu a mortuis resur  
rexerit. q; fure cu car  
nis adhuc infirmitate  
quarente. Et 4 ipm re  
urrectionis miraculu no  
ee incredibile denerit.  
qd nullo docente sponte  
crediderit. qui si seipos  
re credibile i dno non  
credidisse sic merito ce  
ritatis 4 inuidie pbat  
Quo audito herodes  
ait. Que ego decollam  
iohem. hic a mortuis  
resurrexit. hinc de ipis  
ita spilit. Quid putat  
herodes terrarum oia  
q; habet ab eo. 4 hesita  
bat eo q dicit a quibus

dā qz iohēs resurrexit a  
 mortuis. a quibudā vero  
 qz hebras apuit. In-  
 telligēdū est ergo aut p9  
 hanc hesitationē cōfir-  
 malle eū i aīo suo qd ab  
 alijs dicebat eū aut. Qz  
 ego decollavi iohēm hic  
 a mortuis resurrexit.  
 Aut ita pñciada s̄ hec  
 verba. sit hesitante ad  
 huc iudicent. Si ei dicit.  
 mīqz nā hic ē. a mīp̄ hē-  
 te hic ē iohēs baptista.  
 nō op9 eēt amone aliqz  
 de pñciatioē qua dubi-  
 tans atqz hesitans itelli-  
 gite. s̄ nūc qz illa vba  
 desūt vtrōqz nō pñcia-  
 ri p̄t. ut aut confirma-  
 tū eū ex alior vbis cre-  
 dentē dixisse accipias.  
 aut adhuc sic lucas  
 cōmēorat hesitātē. Ap-  
 se ei herodes misit ac  
tenuit iohāne et vtr-  
it eū i carcere p̄ter  
herodiadē vxorem phi-  
lipi fr̄is sui. qz dux-  
erat ea. Dicebat eū  
iohēs herodi. Non  
licet tibi habere vx-  
orem fr̄is sui. Vtqz  
 narrat hystoria phi-  
 lipi herodis maio-  
 ris filii s̄ quo dñs  
 fugit egyptū fr̄em  
 hui9 herodis s̄ quo

passa ē xp̄us dixisse vxorē  
 herodiadem filiā regis  
 archē. Postea vero glo-  
 cerū ei9 exortis quibus-  
 dā cont. generū similia  
 tibi tulisse filiā suā. qz  
 in doloē mariti prioris  
 iūma ei9 nupcijs copu-  
 lasse. Qz sit at huc phi-  
 lip9 et vāgelista lucas  
 plem9 docet. Anno  
 qnto dēio ip̄i tiberi-  
 cesaris p̄citate poncio  
 pilato iudē. tetrarcha  
 at galilee herodē herō-  
 dē. philipo at fr̄e eius  
 tetrarcha ituree et tra-  
 comitidis regiois. Et  
 qz iohānes baptista qz  
 venit i spū et virtute  
 helie. eadē auctoritate  
 qua ille archab corripu-  
 erat et isabel. arguit  
 herodem et herodiadē  
 qz illicitas nupcias  
 fecerit. et nō liceat  
 fr̄e viuētē q̄mano illi9  
 vxorē ducē male p̄ci-  
 tari apd regē qz p̄ter  
 adulatioē eē iūmē.  
 p̄ceptorū dei. Et cū  
dies oportun9 accidit  
let. herodes natalis  
cena fecit p̄cipibus  
tribunū et p̄simis  
galilee qz. Poli mor-  
taliū herodis et phario  
 legūt. diē natalis sui

gaudis festinis celebras-  
 se. Et uterque rex iustis  
 to auspicio festivitatem  
 sua sanguine fedavit. De  
 ru herodes tanto maio-  
 re impietate. quanto san-  
 ctus innocentis doctore vita-  
 tis et pconie vite ac signi-  
 celesis occidit. Et hoc  
 a voto et peticioe sal-  
 tatriciis. Neque enim caput  
 occisi ante consumas ther-  
 re puduit. Non phario  
 nil talis velame commi-  
 sisse legit. Et tunc per-  
 cantem sibi eumuchum vi-  
 ta primari iubet. Quo  
 longius a vero cultu reli-  
 gionis aberat. eo leuius  
 in violatioe sue festivi-  
 tatis deliquit. Atque ex  
 utraque exemplo pbate  
 vtilis est nobis diem  
 mortis futie timere  
 et caste agere. Septimum  
 memoria reuocare. qua  
 die nasitans luxuria  
 ad laboris nasate iudicium  
 et electi ad requiem per  
 mortem transiunt e mundo  
Et quia thronus filia  
psalmi herodiadis et saltus  
set et placuit herodi-  
simus recubentibus ut  
ait puella. Petrame  
quod vis et dabo tibi et  
mirant illi. et non ex-

ausat herodes quod iustus et  
 nolens propter miramentum  
 herodiadi fecit. quod ad hoc  
 forte mirant. ut futie  
 occasioe machinas ipa-  
 raret. Alioquin si obuis-  
 miranda fecisse se dicit.  
 si petris si miris postulaf-  
 set interitum facturum fue-  
 rat an non. quod in se re-  
 pudiatum fuit. contemp-  
 ne debuit etiam propheta.  
Que cum cruce dixit me-  
sue. et petra. Et illa  
dixit. Caput herodis bap-  
tiste et. Herodias et  
mes ne herodes aliquam  
resipisceret. ut philip-  
po fratrem amicum fieret. at  
quod illiote nuptie repu-  
dio solueret. monet  
filiam ut in ipso statim com-  
mo caput iohannis postulet  
digne operi saltationis  
dignum sanguinis pmissum.  
Et contristata rex  
post miranda. et propter  
simul recubentes volu-  
it ea contristari. Et  
nullo spectatore prope-  
autem caput eius idcirco  
et. Consuetudinis septi-  
arum est ut opinione mul-  
torum sic narrat histo-  
ricus quomodo eo tempore ab  
herodibus credebat. Dicit  
ioseph ab ipsa quoque  
maria appellat pro-



ihū. ita y nē herodes di-  
 citē cōstruitat. qz hoc  
 discubētes putabant.  
 Dissimulatoz eī mēhs  
 sue y artifer hoīcīda  
 trīstīcīā p̄ferebat ī fa-  
 cie: cū letīcīā hēret  
 ī mēte. scēlī qz exau-  
 lat īramēto. ut sub  
 occasioē pietatis īpī  
 fieret. **Q** at sbīat. et  
 p̄t̄ siml̄ recubētes. ut  
 oī scēleīs sī cē cōsoz-  
 tes. ut ī luxurioso īpu-  
 ro qz cōmūno crūete  
 epule dēferēt. **E**t  
attulit caput eī ī dil-  
co y dedit illud puelle  
y puella dedit mī sue.  
 hoc mī hram factūlit.  
 nos at usqz hodie cer-  
 minū ī capite iohīs  
 p̄phē īndos x̄m q̄ caput  
 p̄phetaz ē pdidisse. **A**  
 lter. Decollacio iohīs  
 minozacionē fame illī  
 qua x̄ps a p̄lo credēba-  
 tur īmūat. sicut erat  
 tūcio ī cruce d̄m salua-  
 toris p̄fectū dēsigna-  
 bat fidei qua ip̄e qui  
 p̄t̄ a turba p̄pha cē  
 putabāt d̄ns p̄phetaz  
 y x̄ps d̄i filī a cūctī  
 fidelībz ē agnītū. **Q**  
 nūtz ergo capite io-  
 hānes. exaltatū ē ī  
 cruce d̄ns. **Q**uia si aut

idē iohēs aut illū opoz-  
 tet c̄scē. iohāne aut  
 minū. **I**llū at q̄ p̄pha  
 estimabat. x̄m cognos-  
 ci. et eū q̄ x̄ps p̄virtu-  
 tū s̄limitate putaba-  
 tē x̄pi cē p̄phētā y p̄ar-  
 lozē dēcebat ītelligi.  
**Q**d ip̄m qz d̄stīctionē  
 t̄pīs q̄ v̄terqz illozū  
 natū est. satis aperte  
 signatū ē. **Q**uia iohēs  
 quī dē quē oportebat  
 minū. cū d̄m nūlu-  
 mē dēc̄scē īcapit na-  
 tū ē d̄ns at qui beca lar-  
 mūdī ē. eo am̄ t̄pē quo  
 dies c̄scē īcapit lua-  
 flua sue d̄na natitat  
 exhibuit. **Q**uo audi-  
 to discipulī eī v̄ne-  
 rūt et hulerūt cor̄ p̄  
 eī y posuerūt illū ī mo-  
 nūeto. **N**arrat io-  
 sephus v̄mctū iohēm  
 ī castellū macherūtā  
 adductū. ibiqz trāca-  
 tū. **N**arrat hystozīa  
 eccl̄astica sepultū eū  
 ī sebastē vr̄be palestī-  
 ne q̄ quondā samariā  
 dicta ē. **A**c t̄pē v̄līat  
 p̄t̄apīs īndentes x̄pi-  
 ans q̄ sepulchz eī  
 p̄ia sollicitudīe frequē-  
 tabāt paganos īualī-  
 se monūmētū. olla  
 d̄sp̄sisse p̄ cāpos. et rursū  
 collecta igni cremasse at d̄  
 mo d̄sp̄sisse per agros.

affuisse tunc temporis mo-  
 nachos ibidem & iheru solimis.  
 qui mixti pagani ossa legen-  
 tibus maximam eorum par-  
 tem congregauerunt. et ad  
 patrem suum phyllipū ihera-  
 solimam detulerūt. At ille  
 misit ea beato athanasio alex-  
 andrino episcopo. ibiqz serua-  
 ta usqz ad tempora theophyl-  
 cuiusdem urbis episcopi. quan-  
 do iubente theodosio prinipe  
 omnia gentiū fana destructa  
 sunt. Tunc expurgato a sor-  
 dibus templo serapis illata  
 ibidem. et basilicam pro edi-  
 cula serapis in honorem sancti  
 iohannis esse consecratam.  
 Rege vndermū historie ecclias-  
 tice libriū. Et conuenientes  
 Non solū que ipsi egerant et  
 docuerant apostoli domino  
 renuntiant. sed etiam que io-  
 hannes eis in docendo occupa-  
 tis sit passus. uel sui uel eiusde  
 iohannis ei discipuli renun-  
 tiant sicut matheus describit.  
Dū hoc quod sequitur. Et ait  
illis. Nō solū cā tantū factre  
 quentionis ipsorum. sed et mis-  
 tice gracia significationis. quia  
 uidelicet derelicta iuda que  
 prophetie sibi caput non creden-  
 do abstulerat. in deserto ecclie  
 se que uirum non habuerat  
 uerbi esset cibaria credentibus  
 quasi epulas panū largiturus  
 et piscium. Ibi etenim predica-

tores sancti qui apud iudeam nō  
 credentem et contradicentem a-  
 liquādiu graui tribulationum  
 sarcina premebantur. requiem  
 nacti sunt & collata gentibus  
 gracia fidei. Que autem ne-  
cessitas fuerit concedende requi-  
ei discipulis subsequenter osten-  
ditur cū dicitur. Erant enim.  
 Ibi magna temporis illius  
 felicitas & labore doctentium  
 simul et discentiū studio demon-  
 stratur. que utinam nō in eis  
 rediret ut tanta ministris uer-  
 bi frequentia fidelū insistat  
 auditorū. que nec liberum eis  
 curandi corporis spatium con-  
 cedat. Nam quibus necessaria  
 curandi corporis hora negatur.  
 quanto minus illecebris ani-  
 me sue carnis studendi facul-  
 tas adest. qui potius a quibus  
 uerū fidei et salutare ministe-  
 rium oportune importune exi-  
 gitur. horum animus consequen-  
 ter ad agenda semper et cogi-  
 tanda celestia succenditur. ne  
 ea que uerbis docent factis im-  
 pugnent. Et ascendentes. Non  
 discipuli soli. sed assumpto do-  
 mino ascenderunt in nauim et deser-  
 tū locum petiere ut euangelis-  
 ta matheus aperte demonstrat.  
Et uiderunt eū. dū pedestres  
 eos preuenisse dicitur. ostendi-  
 tur qd non in aliam maris sue  
 iordams ripam nauigio perue-  
 nerunt discipuli cum domino

sed transito nam aliquo furo  
 uel stagno. proxima eiusdem  
 regionis loca adierunt ~~locis~~  
 quo etiam indigene pedestres  
 peruenire poterant. **Et eri-**  
**ens** Quomodo misertus sit  
 super eos matheus exponit  
 plenius dicens. et curauit lan-  
 guidos eorum misertusque eis.  
**H**oc est enim veraciter pau-  
 perum et non habentium  
 pastorem misereri. et vitam  
 eis veritatis docendo aperiri.  
 et molestias corporales  
 meditando auferre. sed et ie-  
 iunios reficendo ad laudem  
 summe largitatis animare.  
**Q**uod etiam sequentia lectio-  
 nis huius eum fecisse comme-  
 morant. **T**emptat autem fi-  
 dem turbarum. et probatam  
 dignam mercede recompen-  
 sat. **P**etendo enim solitudine  
 an sequi turent explorat. ille  
 sequendo et non in iumentis  
 aut uehimentis diuersis. sed pro-  
 prio labore pedum iter arripi-  
 endo deserti. quantum salutis  
 sue curam gerant ostendant.  
**R**ursum ipse ut potens passus  
 saluator ac medicus accipien-  
 do fatigatos. docendo inanos.  
 sanando egrotos. recreando  
 ieiunos. quantum deuotione  
 credentium delectetur insinuat.  
**I**ntra uero leges allegorie pe-  
 tentem deserta gentium tris-  
 tum multe fidelium caterue

relictis membra prae se conuer-  
 sationis. neglectoque bariorum  
 dogmata praesidio sequuntur.  
 et qui pridem notus in uidea  
 deus. postquam dentes iudeorum  
 arma et sagitte. et lingua eorum  
 machera acuta facta est. ex-  
 altatus est super celos deus. et  
 super omnem terram gloria  
 eius. **Et cum hora horam ultra**  
 manum uespertinum tempus  
 dicit. iura teste qui ait. **Dies**  
**autem ceperat declinare. et**  
**accidentes duodecim dixerunt**  
**illi. Dimitte turbas etc.** **Die** au-  
 tem declinata turbas reficit saluum  
 quia uel seculorum fine pro-  
 pinquante. uel cum sol uisibile  
 pro nobis occubuit. a diuina  
 spiritualis medie sumus ta-  
 be saluati. **Et respondens.** Pro-  
 uocat apostolos ad fractionem pa-  
 nis. ut ille se non habere res-  
 tantibus magnitudo signi no-  
 tior fiat. simul insinuans. ut  
 cotidie per eos ieiunia nostra  
 corda sunt pascenda. uidelicet  
 cum eorum uel exemplis uel  
 literis ad amanda celestia sus-  
 citamur. **N**otandum autem  
 quod hoc miraculum panum  
 scripturus euangelista iohan-  
 nes premisit. quia proximum  
 esset pascha dies festus iudeorum  
**M**atheus uero et marcus hoc  
 interfecto iohanne continuo esse  
 factum commemorant. **Unde**  
 colligitur iohannem imminere

eadem festiuitate paschali fuisse decollatum. et anno post hunc sequente cum denuo tempus paschale rediret. in steruam dominice passionis esse completum. et propterea quod in libro sacramentorum natale eius quarto kalendarum septembrium die notatum est. et in martirologio quod eusebii et iheronimi uocabulis insignitum est legitur quarto kalendas septembris in eiuissa ciuitate phenicie prouincie natale iohannis baptiste die quo decollatus est non specialiter ipsum diem decollationis eius. sed diem potius quo caput eius in eadem eiuissa ciuitate repperit atq; in ecclesia est conditum designat. Eiusdem utromica marcellum comitis testantur. tempore martiam panis duo monachi orientales venerant adorare in iherusolimis et loca sancta uidere. quibus per reuelationem assistens idem precursor domini precepit ut ad herodis quondam regis habitaculum accedentes caput suum ibi requirerent. et inuentum digno honore reconderet. Quod ibi ab eis inuentum et assumptum: sed non multo post culpa inuicie perditum perlatum est eiuissam ab alijs et in quodam specu in berna sub terra non pauco tempore

ignobiliter reconditum. donec idem denuo iohannes sese suuq; caput ostendit marcello ciudam ab bati ac presbitero dum in eodem specu habitaret. Quod uideret caput uilioramo eiusdem episcopo ciuitatis per prefatum presbiterum constat inuentum. Ex quo tempore cepit in eadem ciuitate beati precursoris decollatio ipso ut arbitramur die quo caput inuentum est siue eleuatum celebrari. De quibus laurus in prefato romorum libro scriptum reperies. Et dicit eis. Quot panes habetis. ite et uidete. Et cum cognouissent dicunt quinq; et duos pisces. Per quinq; panes apostolorum et duos pisces tota testamenti veteris scriptura signatur. Per quinq; uidelicet panes quinq; mosaitice librorum legis libri quibus diuine eternitatis cognitio. mundi creatio. procursus seculi labentis et uera deo seruendi ~~de~~ re ligno generi humano immotuit. Per duos uero pisces psalmi sunt et prophete figurati. qui eruditum in lege dei populum de promissione dominice incarnationis noua gratie dulcedine pascebant. quatuor scripture sacre distinctione totam veteris instrumenti seriem comprehendit dominica auctoritate docemur.

Apparens enim post resurrectionem discipulis ait dominus ipse. Quia oportebat impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Et cum aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. et intellectus spiritaliter fidelibus traderent auditoribus. quasi benedicens pambus apostolis ac piscibus. hos quoque interne suauitatis dono multiplicans. turbis dispersari precepit. Bene autem euangelium iohannes panes qui legem designant ordeari fuisse referuntur. qui iumentorum maxime rusticorumque est tribus seruorum. quia incipientibus necdumque perfectis auditoribus asperiora et quasi grossiora sunt committenda precepta. Animalis enim homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Atque ideo dominus pro suis quoque viribus dona tribuens. semperque ad perfectiora prouocans. primo quique pambus quinque milia. secundo septem pambus quatuor milia hominum refecit. tertio discipulis sue carnis et sanguinis misterium credit. ad ultimum magno munere dat electis ut edant et bibant super mensam suam in regno suo. **E**t precepit illis ut accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fenum.

et discubuerunt in partes per centenos et per quinquagenos. Diuersi conuiuantium distributus. distinctos per orbem terrarum ecclesiarum qui unam catholicam faciunt designant. Quos bene dominus quinquagenos per turmas. uel centenos distribuere precepit. ut videlicet turba fidelium escam suam et locis distincta et moribus conuiuata perciperet. Iubilei quoque requies quinquagenarii numeri misterio continetur. Et quinquagenarius bis dicitur ut ad centenarium perueniatur. Quia ergo prius a malo quiescat opere ut postea anima plenius quiescat in cogitatione. alii quinquageni alii autem centeni discubunt. Quoniam sunt nonnulli qui a prauis actibus habent requiem operis. et sunt nonnulli qui a peruersis cogitationibus habent iam requiem mentis. Bene etiam super viride fenum discubuerunt. Scriptum quoque est. Omnis caro fenum. Et illi super viride fenum discubentes dominicis pascantur alimentis qui per studium continentie calcatis illecebris carnalium concupiscentiarum audiendis implendisque dei verbis operam impendant. Et accubitis quinque pambus et duobus piscibus intuentis in celum bene

duxit et fregit panes. et dedit  
discipulis ut ponerent ante eos  
et duos pisces et diuisit ois. Tur-  
 bis esurientibus saluator non  
 noua creat cibaria. sed acceptis  
 eis que habuerunt discipuli bene-  
 nedicit. Quia ueniens in carne  
 non alia qm̄ predicta sunt predi-  
 cabat. sed legis et prophetarum  
 scripta qm̄ sunt miseris graui-  
 da demonstrat. Intuetur in ce-  
 lum. ut illuc dirigendam men-  
 tis anem. ibi lucem scientie dore-  
 at esse querendam. Frangit et  
 ante turbas ponenda distribuit  
 discipulis. quia sacramenta  
 prophetie sanctis doctoribus qui  
 hec toto orbe predirent patefa-  
 unt. Et manducauerunt omnes  
et saturati sunt. Et sustulerunt  
reliquas fragmentorum duo-  
decim cophinos plenos et de pis-  
cebus. Quod turbis superest ad  
 discipulis sustollitur. quia secreta  
 ra misteria que a rudibus capi-  
 nequerunt non negligenter o-  
 mittenda sed inquirenda per-  
 fertis. Nam per cophinos duo-  
 decim apostoli. et per apostolos  
 sancti sequentium doctorum tho-  
 ri figurantur. Foris quidem ho-  
 minibus despecti. sed intus salu-  
 tarijs tibi reliquijs ad alenda hu-  
 milia corda curculati. Constat  
 enim cophinis opera serualia ge-  
 ri solere. Sed ipse cophinos pa-  
 num fragmentis impleuit. qui  
 infirma huius mundi ut fortia

confunderet elegit. Erant au-  
 tem qui manducauerunt quinqz  
 milia uirorum. Quia qm̄qz sunt  
 exterioris hominis sensus quinqz  
 milia uiri dominu secuti desig-  
 nant eos qui in seculari adhuc  
 habitu positi exterioribus que  
 possident bene uti nouerunt. Qui  
 recte qm̄qz pambus aluntur. quia  
 tales necesse est legalibus adhuc  
 preceptis institui. Nam qui in  
 mundo ad integram renuntiant  
 et quatuor sunt milia et septem  
 pambus referti. hoc est euange-  
 lica perfectione sublimes et spi-  
 rituali sunt gratia intus eruditi.  
Et statim coegit discipulos suos  
ascendere nauem ut preederent  
eum trans fretum ad bethsaida  
dum ipse dimitteret populu. Qua-  
 re coegerit discipulos ascendere  
 nauem. et ipse mox dimisso po-  
 pulo in montem oraturus abe-  
 rit. iohannes manifeste decla-  
 rat qui completa refectione illa  
 celesti continuo subieat. Ihesus  
 ergo cum cognouisset qua ven-  
 tura essent ut raperent eum et  
 facerent eum regem. fugit ite-  
 rum in montem ipse solus. Vbi  
 necessarium nobis tuendi mon-  
 strat exemplum. ut in bonis que  
 agimus humanam fauoris retru-  
 butionem vitemus. neqz nos o-  
 peratio virtutu spiritualium ad con-  
 cupiscentiam reflectat tempora-  
 lium uoluptatum. Nonnullis etenim  
 contigit ut dum meritum vite

sublimioris mirandi minoribus  
 ac laudabiles existerent. et u-  
 re honorandi putarentur. ac  
 repta pecunijs suis predijs in-  
 choata iusticie rudimenta per-  
 derent. et cū carnalibus sese  
 illecebris atq; auaricia inuici-  
 ti corrumpere. ipsis etiam  
 a quibus honorabantur pro  
 bonis. denuo pro malis actib;  
 non solum in fastidium verum  
 etiam deuenirent in odium. **H**-  
 ius qz multo periculosum est  
 in hys que recte agimus aduer-  
 santium nos improbitate fa-  
 tigrari. qm̄ honorantium fauo-  
 re demereri. **H**ic etenim secu-  
 riorum sepe corrumpit animū.  
 illa circūspectum semper red-  
 dit et cautum. **V**nde dominus  
 vitam nobis vite quam sequa-  
 mur nuntians. cum hii qui vir-  
 tutes eius admirabantur re-  
 gem eum facere vellet. fugit  
 in montem orare. **C**um vero  
 illi qui virtutibus eius inuide-  
 bant. eum morte tradere dispo-  
 nerent. occurrit promptus z  
 vincendum se crucifigendūq;  
 furentibus obtulit. **E**uidenti  
 nos informans exemplo. ut  
 parati simus ad aduersa sen-  
 tūli toleranda. cauti ad bladi-  
 menta cum forte arriserint de-  
 clinanda. **E**t ne nos prospe-  
 ra mundi si affluant emolli-  
 endo decipiant. nebris a dño  
 precebus imploremus. **P**re-

redabant autem dominū dis-  
 cipuli trans fretum ad bethsan-  
 dam que est in galilea. ciuitas  
 andree et petri et philippi apof-  
 tolorum. ipe stagnū genezareth  
 ut in locorum libris inuenimus.  
**V**bi merito mouet quomodo di-  
 cat marcus. peracto discipulis  
 miraculo panū venisse trans  
 fretum ad bethsadam. cum vi-  
 deatur dicere lucas qd̄ in locis  
 bethsade factū fuerit miraculi  
 illud memorabile et refectore  
 lestis. **A**it enim. **A**ssumptis illis  
 secessit seorsum in locum deserti  
 qui est bethsada. **Q**uod cū cog-  
 nouissent turbe secute sunt illum  
 et excepit illos et cetera que se-  
 quuntur usq; ad sacram atq; com-  
 pletam illam sancte refectiois  
 hystoriam. **N**isi forte intelligamus  
 in eo qd̄ ait lucas in locum deser-  
 tum qui est bethsada non ipsius  
 viciniā ciuitatis. sed locū deserti ad  
 eā pertinentis esse designata.  
**M**arcus enim dicit aperte qd̄ pre-  
 cederent eum ad bethsadam ubi  
 ipsius fines ciuitatis constat ee  
 notatis. **L**ucas uero qui non di-  
 cit locum desertum que est beth-  
 sada. sed qui est bethsada. po-  
 test in fallos recte intelligi. qz  
 non ipsam ciuitatem voluerit  
 intelligi. sed locum deserti ipsius  
 ad eius confinia pertinentem.  
**N**arrat autem euangelista io-  
 hannes mandurasse panem  
 turbas iuxta tiberiadem. et

ascendentes nauem discipulos uenisse trans mare in capharnaum. que ambe sunt ciuitates in galilea iuxta stagnum genezareth, quod etiam tiberiadis a ciuitate tiberiade uocatur. Et cum dimississet eos abiit in montem orare.

Non dominus qui orat ascendit in montem. Est enim oratio que peccatum facit, sed qui bene orat qui deum orando querit. hic a terrenis ad superiora progrediens uertitorem superius ascendit. Qui uero de diuitiis aut honore seculari, aut certe de imminuta morte sollicitus obsecrat, ipse in infirmitas iacens uiles ad deum preces mittit. Orat autem dominus non ut pro se obsecret, sed ut pro me impetret. Nam et si omnia posuerit pater in potestate filij, filius tamen ut formam hominis implet obsecrandum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. Aduocatum enim inquit apostolus habemus apud patrem Iesum Christum. Si aduocatus est debet pro meis interuenire peccatis. Non ergo quasi infirmus, sed quasi pius obsecrat. Vis ergo scire quia omnia que uelit possit. Et aduocatus et iudex est. In altero pietatis officium, in altero insignem potestatem est. Et cum sero esset oratus nauis in medio mari, et ipse solus in terra. Et uidit laborantes in remigando, erat enim

uentus contrarius eis. Labor discipulorum in remigando, et contrarius eis uentus, labores sancte ecclesie uarios designat, que inter undas seculi aduersantes et immundorum flatus spirituum, ad quietem patrie celestis quasi ad fidam litoris stationem peruenire conatur. Unde bene dicitur quia nauis erat in medio mari, et ipse solus in terra. Quia nonnumquam ecclesia tantis gentiliu pressuris non solum afflicta sed et fedata est, ut si fieri posset redemptor ipsius eam proorsus deseruisse ad tempus uideretur. Unde est illa uox que inter undas procellasque temptationum uerrentium deprehense, atque auxilium protectionis illius gemebando clamore querentis. Ut quid domine recessisti longe despicis in oportunitatibus in tribulatione. Que pariter uocem imminuti persequentis exponit in sequentibus psalmi subiacens. Dixit enim in corde suo oblitus est deus, auertit faciem suam ne uideat in finem. Verumtamen ille non obliuiscitur orationum pauperum, neque auertit faciem suam a sperantibus in se, quipocius et certantes cum hostibus ut uincant adiuuat, et uictores in eternam coronat. Unde hic quoque apte dicitur. Et uidit eos laborantes in remigando. Videt quippe dominus suos la



borantes in mari quibus ipse po-  
 situs in terra quia et si ad ho-  
 ram differre videtur auxilium  
 tribulatis impendere. nichilomi-  
 nus eos ne in tribulationibus  
 deficiant sue respectu pietatis  
 corroborat. et aliqui etiam ma-  
 nifesto adiutorio virtus aduer-  
 sitatibus. quasi calcatis sedatisq;  
 fluctuū voluuntibus liberat.  
 sicut hic quoq; subsequenter  
 insinuat cum dicitur. Et circa  
quartam vigiliam noctis venit  
ad eos ambulans super mare.  
 Stationes et vigilie militares  
 interna horarū spacia duudu-  
 tur. Quando ergo dicit quar-  
 ta vigilia noctis venisse ad eos  
 dominū. ostendit tota nocte pe-  
 riculatos. et extremo noctis  
 tempore eis auxiliū prebitum.  
 laborant ergo toto noctis opa-  
 re tempore. sed diluculo appro-  
 pinquante et lucifero solis di-  
 eiq; exortū pmittente. venit  
 dominus et super ambulans tum-  
 da freti terga comprimit. Quia  
 cū pressuris obrita fragilitas  
 humana pasalimitatem ty-  
 rā suarum considerat. nichil  
 erga se aliud quā tenebras au-  
 gustiarum et estus terris con-  
 fligentium. Cum vero mente  
 ad superni lumen presidij et per-  
 petue dona retributionis erex-  
 erit. quasi inter umbras noctis  
 repente exortum luciferi con-  
 spicit. qui diem proximum nūciat.

Lucifer namq; cum plurimū tres  
 horas noctis id est totam vigiliā  
 matutinam illuminare perhi-  
 betur. aderitq; dominus qui so-  
 pitis temptationū periculis  
 plenam liberatis fiduciam sue  
 protectionis attribuit. Sequitur.  
Et volebat preterire eos. At il-  
li ut viderunt eum super mare  
ambulantem putauerunt fan-  
tasma esse et exclamauerunt.  
Omnes enim eum viderunt et  
turbati sunt. Adhuc heretici pu-  
 tant fantasma fuisse dominū.  
 nec veram assumpsisse carnem  
 & virgine. Deniq; theodorū  
 pharantianū quondam epūs  
 ita scripsit. Corporeale pondus  
 non habuisse secundum carnem  
 dominū. sed absq; pondere & cor-  
 pore sup mare & ambulasse.  
 At contra fides catholica. et pon-  
 dus secundū carnem habere eū  
 predicat. et onus corporeū et  
 cū pondere atq; onere corpora-  
 li credere super aquas nō infu-  
 sis pedibus. Nam diomiscus  
 egregius inter ecclesiasticos scrip-  
 tores. in opusculis & diuinis  
 nominibus hoc modo loquitur.  
 Ignoramus enim qualiter &  
 virgineis sanguinibus aliam  
 legem preter naturalem forma-  
 batur. et qualiter non infusis  
 pedibz corpale pondus habēn-  
 bus et materiale onus deam  
 bulabat in humidā et missa-  
 bile substantiā. Quō autē

ut  
 volebat dñs eos p̄terire tāq̄ a  
 lienos ad quos de piculo nau  
 fra gñ liberandos aduenerat.  
 nisi ad horam turbati et pauē  
 tes. sed continuo liberati ampli  
 us ereptionis sue miraculum  
 stuperent. ac maiores erepto  
 ri suo gratias referrent. Quia  
 et in tempestatibus passionū  
 que pro constantia fidei a per  
 fidis ingeruntur. talis nōnūq̄  
 prouisio diuinitus offendit.  
 Sepe emmitti fideles in tribu  
 lanone positos superna pietas  
 deseruisse visa est: ut quasi la  
 borantes in mari discipulos pre  
 terire ihesus uoluisse putaret.  
 Vnde est illud ecclesie martiri  
 certamina desudantis. Quare  
 oblitus es me? quare me rep  
 pulisti. et quare tristis incedo  
 dñ affligit me inimicus: dñ  
 confringuntur ossa mea: et.  
 Sed dicunt inimici terrentes.  
 ubi est deus eorū? Quasi nau  
 fragiū fessis imitantibus apos  
 tolus dicit ipse deus eorū. Cū  
 transieris per aquas terrent  
 ero. et flamma non operient  
 te. cū ambulaueris in ignem  
 non combureris et flamma  
 non ardebit in te. Vnde hic  
 quoq̄ recte subditur. Et sta  
 tim locutus est tunc eis et dix  
 it illis. Confidite ego sum no  
 lite timere. Et descendit ad  
 illos in nauem. et cessauit ac  
 tus. Prima trepidantiā et

**R**ēdēns ih̄us ait. Amendico vobis. Nemo eſt qui reliquit domū a fr̄es aut ſorores. a matrē a p̄em. a filios. aut agros p̄ter me. ⁊ p̄ter euan-  
gelū. qui nō accipiat centes tantū nūc in tpe hoc domus ⁊ fr̄es et ſorores. ⁊ ſorores matrēs. et filios et agros cū p̄ſecutiōibz ⁊ in ſc̄lo futuro vitā eternam. Quidā ex oratione hui⁹ ſimē iudaica mille annorum fabulam p̄ reſurrectiōez iuſtorū dogmatizant. quidō omnia q̄ p̄ter deū dimiſim⁹ ⁊ multiplici nobis ſint ſenore reddenda. in ſup ⁊ vitā et̄na donanda. Nec vident tēpti. qd̄ ⁊ ſi in ceteris digna ſit r̄p̄nſio. i v̄roibz tñ iuxta alios euangeliztas centes nō appareat turpitudō. Preſertim cū dñs ⁊ i reſurrectiōe nūbendū nō eē teſtetur. et ea q̄ dimiſa fuerint p̄ter ſe recipienda in hoc tpe cū p̄ſecutiōibz aſſeuerent. quas v̄tqz p̄ſecutiōes illi diſiſte ſicut ⁊ cetera quoqz cōtraria mille annis ſuis om̄odis abeſſe cōfirmat. Sensus igitur iſſe eſt. qui p̄ter

euangelū xp̄i carnalia reliquit. ſpiritualia bona recipiet. Que cō-  
patione ⁊ merito ſui ita erūt. Aſſi-  
paruo nūc centenari⁹ nūc p̄p̄at.  
Quia nimirū a fr̄ibz atqz conſortibz p̄poſiti ſui que ei ſpirituali glutino colligantur. multo grauiorē etiā in hac vita recipiet caritātē. Rege act⁹ aplōrū qd̄ multitudis credentiū erat cor vni et aīa vna. ⁊ erāt illis om̄a cōm̄. nulluſqz egens erat iter illos qui ſua p̄ dñō reliquerant. de q̄bz et aplūs ait. Tanquā nichil habentes ⁊ omnia poſſidētes. p̄t ſane h̄ qd̄ ait. accipiet centes tantū nūc i tpe hoc dom⁹ fr̄es ⁊ ſorores. matrēs filios ⁊ agros cū p̄ſecutiōibz p̄ ſiḡficationem alit⁹ intelligi. Centenari⁹ quippe nūc de leua triſtaſi. dextera h̄c eandē in flexu digitorū videtur tenere figurā quā habuerat demetrius in leua. immū tñ q̄ntatis magnitudine ſup̄areſat. Quia v̄t deliz om̄es q̄ p̄ regnū dei tpalia ſpernūt. etiā in hac vita p̄ſecutiōibz pleniffima euſdem regni gaudia fide certa deguſtat. atqz i exp̄tione p̄rie celeſtis q̄ iure i dextera ſiḡficat. om̄i p̄ter electorum ſinceriffima dilectione fruuntur. Verū qz multi v̄tutū ſtudia nō eadem qua incipiūt itentōe pietatis cōſūmant. ſi uel arrepto v̄tutū amore tep̄ſcūt. ul' ex iēgro ad ſcelerū volutabza relabatur. terribilis mox ſm̄a ſm̄p̄tur.

**C** multi autem erunt primi nouissimi. et nouis-  
 simi primi. vide enim iudā de aplo  
m apostata versu. et dicto. qd mul-  
ti erunt primi nouissimi. vide latro-  
nē in cruce fr̄m confessorē. eodem  
quoq; die quo crucifixus ē p̄ p̄ccis  
suis gratia fidei cū xp̄o in paradiso  
gaudentē. et dicto qd et nouissimi  
erūt p̄mi. Et et cotidie videmus  
multos in laico habitu cōstitutos  
magnis vite meritis excellere.  
et alios a p̄ma etate sp̄tali studio  
feruētēs ad extremū orio torpētēs  
laxētere atq; meriti fiducia que  
sp̄u reperāt carne cōsumare. Erant  
autē in via ascendentes iheruso-  
lima. et p̄debat illos ih̄sus. et stu-  
pebant et sequentes timebant.  
Deo iherusolima tendentes discipu-  
li cū dño stupebant et timebant.  
q̄ memnerāt sermōnis ei⁹ quo  
se passurū m̄lta a sūmis sacerdotibz  
et scribis et occidendū p̄dixerat esse  
metuentes ne ul' ipsi cū eo occiderēt.  
vel saltem ille cui⁹ vita et magisterio  
gaudebāt inimicorū m̄tibz m̄tibz  
occideret. Et assumēs iterū dice-  
derim cepit illis dicere q̄cent ei  
uentura. Quia ecce ascendim⁹  
in iherusolima. et fili⁹ hoīs tradet  
p̄ncipibz sacerdotū et scribis. et dap-  
nabūt eū morte. Et tradet eū gen-  
tibz. et illudet ei. et cōspuent eum  
et flagellabūt. et iterficiēt eū et  
tertia die resurget. Redemptor  
noster iudens ex passione sua  
discipulorū aīos p̄turbandos eis  
longe ante et eiusdem passioīs penā

et resurrectionis sue gloriā p̄dit.  
 ut cū morientem sicut p̄ditū eēt  
 tenerent. etiā resurrectionū non du-  
 bitarent. ubi paganorū q̄z demen-  
 tiā qua ei⁹ crucem deridere solēt  
 aptissime confutat. cū p̄p̄ne sue  
 passioīs et temp⁹ q̄si futurorū p̄sūus.  
 ostendit et locū q̄si mortis itrepidus  
 adit. Et accedit ad eū iacobus  
et ioh̄es filij zebedi dicētes laic⁹  
volum⁹ ut qd cūq; petierim⁹ fa-  
ciās nobis. At ille dixit. Qd vultis  
ut faciā vobis? Et dixerūt. Da  
nobis ut vng ad dexterā tuā et  
alius ad sinistram tuā sedeam⁹  
i gloria tua. Matheus scribit  
her̄ m̄rem filiorū zebedi dñm  
postulasse pro filijs. s; marcus  
iporū desiderū atq; cōsilū volēs  
ap̄re legētibz taret de itūeiente  
m̄re. et ip̄os potius dicit postulare  
qd iporū rogatu p̄ m̄rem nouerat  
esse postulātū. Demq; dñs s̄dm  
utrūq; euangelistam nō miri. sed  
ip̄is r̄ndit. Resatis iquit qd peti-  
tis. Potestis bibere m̄lac quem  
ego bibo. aut baptisus q̄ ego bap-  
tisoz baptisari? At illi dixerunt ei.  
possum⁹ Resciūt qd petant qui  
sedem glorie a dño quā nondum  
merebant m̄grūt. Jam em̄ dele-  
tabat eos culmen honoris. s; p̄us  
vna habebat exerceere labores.  
Desiderabāt regnare sublimiter  
cū xp̄o. s; p̄us eāt pati hūilt̄ pro  
xp̄o. Noīe em̄ culnis sue bap-  
 tis m̄ passioē designat martiri  
 quo et ip̄m et illos dicebat cōsumari.



Dñi et alibi de sua passione loquitur.  
 Baptisma aut habeo baptisari et quò  
 coartor usq; dñi p̄ficiat. Et eadem  
 passionem appropians orabat dicens.  
 Pater si bis tisser calicē istū a me.  
**C** Ihus autē ait eis. Calicem quidem  
quem ego bibo bibetis. et baptisma  
quo ego baptisator baptisabimini. Que  
 ritur quomò calicē martiriū Zebe  
 dei filij iacobz videtur et iohēs bibe  
 rint. aut quò baptismo dñi fuerit  
 baptisati. Cū scriptura narret ia  
 cobū tñ aplm ab herode capite trun  
 catū. iohēs autē p̄a morte vitā finieit.  
 Et si legam̄ eccl̄asticas historias  
 in quibz fert. qz et ip̄e p̄t martiriū sit  
 missus et feruentis olei dolū. et inde  
 ad suscipiendam coronā xp̄i athleta  
 prefferit statim relegat9 in pathmos  
 insula sit. videbim9 martiriū aīn  
 nō defuisse. et bibisse iohēm calicem  
 confessionis. quē et tres p̄ci in ca  
 mino ignis biberūt. licet p̄seruor  
 nō fuderit sanguinē. Qd̄ at sbū  
**C** git. Sedere autē ad dexterā meā  
ut ad sinistrā nō est meū dare. sed  
quibz patū est. Sic itelligendum  
 est. Regnū reloxū nō est dantis  
 s; accipientis. Non est em̄ p̄sonarū  
 acceptio apud deū. s; quāq; talem  
 se p̄buerit ut regno reloxū dign9  
 sit. hic accipiet qd̄ non p̄sone sed  
 vite paratū est. Si itaq; tales estis  
 qui cōsequam̄ regnū reloxū quod  
 pater noster triūphantibz et victoribz  
 preparauit. vos quoq; accipietis  
 illud. Item. Non est meū dare vo  
 bis. sed quibz patū est. Nō est meū

dare sup̄bis. hoc em̄ adhuc erant.  
 Et si vultis accipere illud. nolite esse  
 qd̄ estis. Alijs patū est. et vos esto  
 te alij et vobis paratū ē. Quid ē  
 alij estote? Prius hūilim̄ qz vultis  
 exaltari. Et audientes derem ce  
 perūt idignari de iacobo et iohāne.  
Derem apli nō indignatur matri  
filiorū Zebedei. nec ad mulierem  
audaciā referūt postulationis. sed  
ad filios qui ignorātes mensurā  
sua in modica cupiditate exarsērūt.  
quibz et dñs dixerat nefatis quid  
petatis. Ihus autē vocās eos ait illis  
Etis qz hī qui videntur p̄ncipi  
gentibz dñantur eis. et p̄ncipes  
eorū p̄ntem hnt iporū. Nō ita est  
at in vobis et. Hūilis m̄gr et mitis  
 nec cupiditatis imodice duos arguit  
 postulantes. nec derem reliquos  
 idignationis inrepat et luoris. s;  
 tale p̄nt ex<sup>m</sup> quo doceat eā ma  
 iore esse qui minor fuit. et illū dñm  
 fieri qui om̄ seru9 sit. Frustra p̄o  
 aut illi imoderata q̄sierāt. a isti  
 dolent sup̄ maiorū desidio. cū ad  
 sublimitatem v̄tutū nō potentia  
 sed hūilitate veniatur. demq; p̄o  
 nit ex<sup>m</sup> ut si dicta p̄uipēderēt eru  
 bescerēt ad opera et dicit. Nam et  
filius hoīs nō venit ut m̄straret  
ei. s; ut m̄straret. Nota qd̄ d̄rebo  
dixim9 eū qui m̄strat filiū apel  
lari hoīs. Et daret anām suā re  
deptionē pro multis. Cū forma  
serui accepit ut p̄ mūdo sanguinē  
fūderet. et nō dixit dare anām suā  
redemptionē p̄ oibz sed p̄ multis

id est pro his qui credere voluerunt.  
**E**t veniūt iherico. Et p̄fasciente  
 eo de iherico ⁊ discipulis eius ⁊ plu-  
 ma multitudine. filius thimeī bar-  
 timeus cecus sedebat iuxta viam  
 mendicans ⁊. a theus h̄o in loco  
 duos iuxta viam sedentes. ⁊ ad dñm  
 clamātes cecos dicit illuātos. Tunc  
 at cū appm̄ret iherico. pari ordīe  
 illuātū ab eo cecū esse p̄hibet. Nemo  
 vbi sane sapiens autmet euan-  
 gelistas sibi met contrā scribere.  
 s̄ aliu scribere plēm q̄ alter omisit.  
 Qd̄ vero mat̄heo referente qd̄ dñs  
 duos illuāuerit cecos. marc̄ vñū  
 ponere maluit illuātū. cui tamen  
 alterū affuisse nō negat. itelligēdū  
 est vñū eorū fuisse notissimū qd̄  
 ex h̄o etiā satis apparet. qd̄ ⁊ nomen  
 eius. et p̄ris eius marc̄ comēorauit.  
 Qd̄ in tot sup̄ius sanatis a dño  
 nō facile occurrit. nisi cū iayrum  
 archisynagogū etiā noīe expressit  
 cui⁹ filiā refusatauit ih̄us. In quo  
 etiā magis iste sensus apparet. qd̄  
 ⁊ ille archisynagogus utiq̄ loco  
 illo nobilis fuit. **P**rudubio itaq̄  
 bartimeus iste timei filius ex ali-  
 qua magna felicitate diuert̄. no-  
 tissime ⁊ famosissime misere fuit.  
 qd̄ nō solū cecus verū etiā medicū  
 sedebat. h̄inc est qd̄ ipm̄ solū  
 voluit commemorare marc̄ cui⁹  
 illuātio tā clarā famā hinc in-  
 raculo cōpauit qm̄ illi⁹ nota ca-  
 lamitas. Ceteri ergo quos dñs ad se  
 clamantes illuāuit hoīes s̄ vere  
 lucis q̄ xp̄us est m̄str̄. s̄ ip̄o donāte

ad cognoscendā cōfitendāq̄ certitatē  
 ac petendā veritatis lucem cōpunc-  
 ti. Iherico at̄ qd̄ m̄pretari dicitur  
 luna defectū m̄e mutabilitatis ac  
 mortalitatis significat. Qd̄ ex illa  
 maxime ewangelij p̄abola claruit.  
 ubi homo descendens ab ihericū in  
 iherico incidit in latrones. ⁊ vulne-  
 ratus ab eis ac dissipatus. p̄ viam  
 samaritanū industriam ad salutē  
 reuocatus est. Quia nimirū gen⁹  
 humanū a visione sūme pacis in  
 desideria sili hui⁹ labe mortifera  
 decidens p̄ dñm saluatōrē ad vitā  
 quā errando p̄diderat reducitur.  
 Appinquās gō dñs iherico ceco lu-  
 men reddidit. qd̄ veniens ī carnē  
 ⁊ passiom̄ p̄p̄inquās multos ad fi-  
 dem ⁊ cōfessionē diuine agnitiōis  
 adduxit. Non em̄ p̄mus ī carnatiōis  
 sue t̄p̄ibz. s̄ paucis an̄q̄m pateret̄  
 annis. id est postq̄m triginta esse  
 cepit annoz̄ misterū verbi m̄udo  
 quo illuāretur exhibuit. **E** ⁊ de  
 iherico p̄fasciens cecos illuāuit.  
 qd̄ resurgens a mortuis. atq̄ ascen-  
 dens ī celū misit sp̄m̄ sc̄m̄ apl̄is. eosq̄  
 ad illustrationē oīm̄ ppl̄orū dissipit  
 ī m̄udū. Qd̄ at̄ appropinquās ihe-  
 rico vñū illuāuit. ac p̄fasciens  
 de iherico duos. h̄o īt̄mauit t̄p̄p̄re  
 qd̄ an̄ passionē suā vñū tantū p̄di-  
 cauit ppl̄o iudeorū. p̄ r̄surrectionē  
 vero atq̄ ascensionē suā māfest⁹  
 p̄ apl̄os ⁊ iudeis et gentibz. et et̄ne  
 diuinitatis ⁊ assupte hūm̄tatis a se  
 archana patefecit. Qd̄ uō marc̄  
 vñū illuātū scribit ad gētū salutem

spenalter respicit q̄ oīōdis a luce  
 veritatis extores fuerant. & ideo  
 quātū famosa ifidelitatis eorū ~~est~~  
 erat certitas. tantū famosa facta  
 est illuāntis eos gracia saluatoris.  
**E**t bñ marry q̄ gētibz scribebat  
 euangelū bñā dicit illuātum.  
 ut eorū q̄s ifatuebat ad fidem  
 saluatiōm figura cōgrueret. q̄a  
 theus vero qui credentibz ex he  
 breis suā scribebat euangelū.  
 q̄d in gentiū quoqz noticiā erat  
 puenturū. recte duos dicit illuā  
 tos. ut ad utrūqz pplm bñā eam  
 demqz fidei grām ptinere doceret.  
**Q**uā enā in sequenti scōde de asino  
 ī quo dñs sedere dignat⁹ ē eadem  
 euangelica scriptura seruare cu  
 rauit. mathheus nāqz q̄ fidelibz  
 ex iudeis euangelisabat asinam  
 sil' & pullū adductos dño refert.  
**P**orro ceteri tres euangeliste  
 qui cōgregate de natiōibz scrip  
 serūt eam. asinū tantūmō ad dñm  
 adducti faciūt mentionē. de mīre  
 oīno reticent. qz illi simpliciter  
 fidem gentiū figurant. iste autē  
 natū ex fidei synagoga fideliem  
 gētū p̄ximā ordine sue narratiōis  
 itinare curauit. **P**osthinc  
 igitur dñs & discipulus ei⁹ & plu  
 ma multitudo de iherico. cecus  
 sedebat iuxta viam mendicans.  
 q̄ ascendente celos dño. & in his  
 fidelū sequentibus. hmo cūctis  
 ab inicio mūdi electis vna cū illo  
 ianuā regni celestis igredientibz  
 mox gentiū pplis diu pfidia cecus

audito saluatoris aduentu cepit  
 & ipse sue salutis atqz illuātionis  
 spem habere. **D**e quo bñ dicit. qz  
 sedebat iuxta viam mēdicis. q̄en  
 dicit em iuxta viā sedens. q̄ necdū  
 iter veritatis igredientis necdū  
 cognoscens sedula itentōe atqz  
 īquisitione desiderij salutis ad  
 hoc p̄uenire contendit. & q̄ sit ver⁹  
 religiōis cult⁹ īuestigare p̄sistat  
 q̄d in hystoria corneli centurioni⁹  
 p̄cipue declaratū est. **Q**uid ē autē  
 trisead audire. stando lumē v̄st  
 tuere. nisi q̄d p̄ hūilitate suā im  
 fert⁹ ē. qui per diuinitatis potē  
 nam a nobis mētis nrē tenebras  
 excludit. **Q**ui ēi p̄t nos nat⁹ et  
 passus ē q̄ & resurrexit & ascendit  
 ī celū q̄si trisit ih̄s. qz h̄ mīmū  
 actio tpalis est. **E**t stans ceterū illuā  
 ut. qz nō sicut illa dispēsatio tpalis  
 ita verbi et̄ntas trisit. q̄ ī se ma  
 nes inouat omnia. **F**iane ei dei ē  
 icōmutabili cogitāōe mutabilia  
 cūcta disponere. **Q**ui ḡo vobes pe  
 tentis trisens audiuit. stans lumē  
 reddidit. qz & si p̄t nos tpalia  
 ptulit. inde tñ nobis tribuit lucē. **Q**uā  
 habere mutabilitatis trisitū nescit.  
 s̄ q̄ deū quē colebat t̄bris p̄bz  
 ut sese illuāre dignaret⁹ orabat.  
**Q**uātū audiss̄ qz ih̄s nazarenus  
 ē cepit clamare ac dicere. **F**ili dauid  
 ih̄u miserere mei. **E**t cōm̄ma  
 bātur ei multi ut taceret. **A**t ille  
 multo magis clamabat dicens. **F**ili  
 dauid miserere mei. **J**udicēs ih̄s  
 cecus misereri sui p̄rat n̄ multis

licet prohibētibz a clamādo desisset.  
 Quia ipsius gēnū agnita fama  
 nōis xpi p̄iceps ei fieri querebat.  
 Cont dicebant multi. Primo iu-  
 dei. ut i ap̄lōrū actibz legitur. Dem  
 etiā gēniles acrozi ac fortiori p̄se-  
 nitione frequēter iustabāt. ne illū  
 andus sanādusqz xpm̄ mundus  
 iuocaret. nec tūc eos q̄ ad vitam  
 erant p̄ordinati etiā. vesan̄m  
 pugnantū furor disposita vale-  
 bat salute priuare. Et sc̄ans ih̄us  
p̄cepit illū vocari. Ere stat q̄ ante  
trāsibat. Quia in re aliqd̄ nobis dñs  
 inuit qd̄ intelligi de h̄citate ac di-  
 uinitate illis vtilit possit. Clamā-  
 tem etiā cetū trāsens audiuit. s̄  
 sc̄ans miraculū illuatiōis exhibuit.  
Et vocant cetū dicentes ei. Anime  
quoz esto surge vocat te. Clamāte  
 ad se cetū dñs vocat. cū ip̄lō gēnū  
 sc̄iam veritatis desiderati p̄ sc̄os  
 p̄dicatores v̄bū fidei cōmittit.  
 Qui nimirū vocātes cetū aieq̄ore  
 eē z surgere atqz ad dñm venire  
 p̄cipiūt. cū p̄dicandū v̄bū idōctis  
 spem eos salutis habere. ac de tor-  
 pore victoriū erigi. atqz ad v̄bitū  
 studia q̄bz illuāri mereant sese  
 artingere iubēt dicentes nū ip̄hā  
 d̄cedite ad eū z illuāim. Et iterū  
Surge qui dormis z exurge amor-  
tus z illuābit te xpus. Et qz p̄m-  
tua de gentibz etiā tanto p̄missi  
i xpo h̄m̄is desiderio feruebat.  
 ut plūm̄i relictis mūdi facul-  
 tibz nudū euangelicā vitā sequent̄  
 quo etiā in celis mereerētur habere

thesaurū. recte de illuādo cetero  
 subdit. Qui p̄iecto vestimento suo  
exiliens venit ad eū. P̄iecto q̄ppe  
vestimēto exiit ut adueniēs illu-  
minetur a xpo. q̄ abiectis mūdi  
retinaculis expedito mētis gressu  
ad largitorē et̄ne lucis p̄erat. Et  
rūdens ih̄us dixit illi. Qd̄ vis tibi  
faciā? Cetus at̄ dixit ei. Rabbom  
ut vidam. Nūq̄ qui lucē reddere  
 poterat. qd̄ vellet cetū ignorabat?  
 Ez peti vult hoc: qd̄ et nos petere  
 z se cōcedere p̄nosat. Importune  
 nāqz ad orōnē nos amonet z dicit.  
 Ecce nāqz p̄ v̄ qd̄ opus sit vobis  
 anq̄m̄ petatis eū. Ad hoc quoqz  
 requirit ut petatur. ad hoc requirit  
 ut cetū ad orōnē exaret. v̄n̄ z cetū  
 p̄tinē adūgit. Rabbom ut videā.  
 Ecce cetus a dñō nō aurū s̄ lucē  
 q̄rit. P̄suspendit extra lucē aliqd̄  
 q̄rere. qz et si habere cetū q̄libet  
 potest. sine luce nō p̄t videre que  
 habet. Initemur gr̄ea quē z corpe  
audiuim̄ z mētē saluatū. Non  
 falsas diuitias. nō t̄rena donia.  
 nō fugitiuos h̄ores a dñō. s̄  
 lucem q̄ram̄. Illā videlicet lucē  
 quā videre cū solis angelis possi.  
 quam nec ūtū ichoat. nec fims  
 angustat. Ad quā p̄fecto lucem  
 via fides est. v̄ndē recte z illuādo  
 cetero p̄tinē rūdet. Vadē fides tua  
te saluā fecit. Et cōfessim inquit  
vidit. z seq̄batur eū in via. Videt  
 et seq̄tur qui bonū qd̄ itelligit  
 opatur. videt at̄ s̄ nō sequitur  
 qui bonū qd̄em itelligit. s̄ bene

opari cōtempnit. Ih̄m em̄ sequitur q̄ imi-  
tatur. Hinc nāq; dicit. Si q̄s michi  
miserat me sequat̄. Consideremus  
q̄ quo graditur ut sequi meream̄.  
Ecce tū sit dñs ⁊ creator. angeloz  
susceptura naturā m̄m̄ quā rōdi-  
dit. in vterū v̄gins venit. nasa-  
tū in h̄ mūdo p̄ diuites noluit. pa-  
rentes paupes elegit. Vn̄ ⁊ agris  
q̄ pro illo offerret̄ desuit. colūbarā  
pallos. ⁊ par turturā ad sacrificiū  
mater iuenit. Prosperari in hoc  
mūdo noluit. obprobria irrisionesq;  
tolerauit. sputa. flagella. alapas.  
spineā coronā. crucem sustinuit.  
Et q̄ rerū corpulū delectatione  
a gaudio interno recidim̄. tū qua  
amaritud̄ ne illuc redeat̄ offendit.

**E**t tū ap̄ro **Caplin xi.**  
p̄n̄q̄ret iherusolime  
et bethanie ad mōtem  
oluarū. mittit duos ex discipulis  
suis ⁊ ait illis. Ite in castellū quod  
est contra vos. Bethania ē villa  
la sue ciuitas ī latere mōtis olue-  
ti. q̄si stadys quidē ab iher̄s̄m̄ sicut  
ioh̄es euāgel̄ ista m̄n̄ifestat. vbi  
lafarius ē suscipit̄a mortuus. cui⁹  
et monumētū etiā nūc ibidem  
cōstructū dēmon̄strat. Bethania at̄  
dom⁹ obie dicitur. Et apte dñs ihe-  
rusolimā ventur⁹. ac mūdū suo  
sanḡue redēptur⁹. p̄mo bethaniā  
p̄ntie sue dignatione s̄blimauit.  
ibiq; a muliere deuota mis̄ro cris-  
mate vinct⁹ est. Quia nimirū  
m̄stros an̄ passionē suā decēdo domū  
sibi obie ī qua p̄ sp̄m̄ gr̄e inhabitat̄

efficit. q̄rū p̄a actione delectati.  
ip̄e q̄si odorifero delibut⁹ ⁊ vngūto.  
Hinc et̄m ciuitas hec in mōte oli-  
ueti posita esse refertur. ut etiā  
p̄ gr̄am sui rōditoris saluādā esse  
designet. quā v̄nctione spiritalū  
carissimū ⁊ s̄n̄e pietatis. q̄ p̄ctua-  
lure r̄fouet. Vn̄ alibi tū dicit̄. Nō  
p̄t ciuitas abscondi supra montem  
posita. otinuo subicit̄. Neq; atten-  
dāt lucernā ⁊ ponūt eā sub modio.  
Quia mons idem oliueti. id ē s̄m̄  
sp̄italū distributor gr̄arū. q̄ ciuita-  
tem suā ut emineat exaltat. Hanc  
quoq; oleo exultationis ut luce possit  
nec deficiat impinguat. Et q̄ idem  
lumen sub modio ponit noluit. in-  
sit discipulos in castellū qd̄ eos erat  
contra. h̄ ē doctores. q̄ indocta ac  
barbara toti orbe loca q̄si cōtra  
positi castelli mem̄ia euangel̄isano  
penetrando designauit. Recte aut̄  
duo mittit̄ur. sive p̄t̄ s̄nam v̄ctatis  
⁊ opationis mūdiciam. seu p̄t̄ ge-  
nime dilaois dei videlicet ⁊ p̄xim-  
sac̄mētū toto orbe p̄dicandū. Et  
statim introētes illuc. inemetis  
pullū ligatū. sup̄ quē nemo adhuc  
hōm̄ sedit. Soluite illū ⁊ adducite.  
Et si q̄s vobis dixerit qd̄ facitis. di-  
cite qd̄ dño n̄m̄rus ē ⁊ cōtinuo  
illū dimittet huc. Introeuntes in  
dū p̄dicatores s̄c̄i inueniūt p̄lin-  
nacionū p̄fidie v̄m̄alis irretitū.  
fumalis em̄ p̄torū suorū v̄nus  
quisq; cōstruct⁹ erat. nec solū na-  
cionū. veruētā iudeorū. Om̄es  
em̄ peccauerūt. ⁊ eget gloria dei

Vñ bñ apud matheū asina quoz  
n̄ pullo alligata reperitur. Asina  
quippe que subuigalis fuit & edom-  
ta. synagogam q̄ uigū legis traxe-  
rat. pullus asine lasciū & liber  
iplū nationū significat. Sup̄ que  
nemo adhuc hom̄i sedit. q̄ nemo  
rōnabiliū doctorū frenū correptionis  
quo ul' lingua cohibere a malo ul'  
in artū vite uiam ire cogereatur.

Nemo iduicēta salutis quibz spū  
tūter calefieret iplo gentū ut uti  
lia suadendo cōtulcrat. Et erat nāq;  
sup̄ illū homo si qui rōe vtes eius  
fructua depmēdo corrigeret. Vnde  
nō imerito possūt duo discipuli ad  
exhibenda dno nūlia destmati duos  
p̄dicatorū ordies. vñ videlicet i gētes.  
alter ī circūcisione directo itelligi.

Et abeuntes iuenerūt pullū ligatū  
ante ianuā foris ī bivio & soluit eū.

Bene pullus an̄ ianuā foris iuētur  
ī bivio. Ianuā em̄ ipse est qui ait.

Ego sū ianuā ouū. p̄ me siq̄s itroiet  
saluabit. et i gredietur & egredietur

& pascua iuemet. Quibz vite pascuis  
pullus iste idē iplū gentū carebat.

nā adhuc extra hanc ianuā ī bivio  
ligatus stabat. Et recte in bivio. Quia

nō vñā certū vite fidēq; viā tenebat.  
sed plūes dubiosq; sectarū tales

sectabatur erroneus. Et q̄dā de illic  
stantibz dicebat illis. Quid facitis

soluentes pullū? In lucā sc̄ptū est  
q̄ dixerūt dñi eis ad illos q̄d solutis

pullū? Et apte satis. multos quippe  
habeat dnos. q̄ nō vno dogmati

& sup̄stitioni dedit. si pro libitū imūdoz

spū ad varios diūsozq; miser rap-  
tabatur errores. ad simulachra ma-  
ta put̄ durebat̄ mēdēns. Demoz  
vñatida q̄dā sc̄pturē cōsuetudine  
rōe eē dicitur q̄d imūda est. sicut  
& ad petrū vox de celo dicit. Quod  
deus mūdauit. tu ne rōe dixeris.

Quia qui sc̄is ē. solus dei ē & cum  
nullo ei q̄is est. Qui at̄ p̄tor̄ ē et  
imūdus. multozū est. multi ei demo-  
nes possident eū. & ideo cōis appellat̄.

Qui dixerūt eis eis sicut p̄perat  
illis ih̄sus. Et dimiserūt eū. & dixerūt

pullū ad ih̄m. Qui soluēdo pullo  
cōtradixerāt. audito dñi nōie ques-  
cūt. Quia m̄gn̄ erroris q̄ v̄ciēn-

tibz ad salutē gēnū doctoribz ob-  
sistebant. eaten̄ suas tenebras

defendere donet miraculis attestan-  
tibus veri possessoris ac dñi v̄tis

emittat. At postq̄m fidei dñe p̄tis  
apparuit. cedentibz passim adūsa

riozū q̄rehs liber exdentū retus  
ad dñm quē corde portaret adduce-

batur. Et imponūt illi vestimēta  
sua. & sedit sup̄ eū. Vestimēta aplōz

uel doctrina virtutū. uel edisseratio  
sc̄pturarū. ul' certe em̄sticiorū dog-

matū varietates itelligi possunt.  
quibz illi corda hom̄i ante mūda et

frigida quo cristo sessorē digna fiant  
operūt. Multi at̄ vestimēta sua

strauerūt in via. Perstante dñm  
azmo multi vestimēta sua ī via ster-

nūt. q̄ sc̄i martires p̄re se carnis  
amictū exuentes. simplicioribz dei

simulis vitam suo sanguine parant.  
ut videlicet iōffenso gressu mentis

ad supne mema ciuitatis quo ihus  
 dicit i redant. Item. Saluator nū  
 asellū sedens ihlm tendit. qm̄ vnus  
 ciuisq; fidelis aiām regēs videlicet  
 iumentū suū ad pacis itine visionē  
 ducit. Iumentū sedet etiā. cū sancte et  
 vnūsaliter p̄sident. eāq; i supne pa  
 cis desideria attendit. Multi autē  
 vestimēta sua i via sternūt. qz cozpa  
 sua p̄ abstineciam edomat. ut ei  
 iter ad mentem parent. ad exēpla  
 bona sequētibz prebeant. **Alj at  
 frondes cedebāt de arboribz et ster  
 nebant i via. Et qui prebant et  
 qui sequebātur clamabāt dīentes.  
 osanna. bñdctūs q̄ veit i noīe dñi.  
 frondes ul' ramos de arboribz cedūt.  
 qui i doctrina vērītatis vba atq; sm̄as p̄m  
 de celoquo serpūt. et i sm̄a via  
 dei ad auditoris aīm venientis hūli  
 p̄dicatione submitūt. Et q̄ p̄bāt  
 et qui seq̄bant clamabant osanna.  
 Precessit quippe iudaeis iplis. se  
 cutus est gentilis. Et qz oēs electi  
 siue qui i iudea eē poterāt. siue qui  
 nūc in etiā cōsistūt. i mediatorem  
 dei et hōm̄ crediderūt et credunt.  
 qui preeunt et qui sequūt osanna  
 clamabant. Osanna at̄ latina lī  
 gua salua nos dicitur. Ab ipō em̄  
 salutem. et p̄ores q̄sierūt et p̄ntes  
 querūt. Et bñdctū qui veit i noīe  
 dñi cōfitentur. qm̄ vna spes. vna  
 fides est p̄cedentū atq; sequentū  
 iplorū. Nā sicut illi expectata pas  
 sione ac resurrectione ei sanati  
 sūt. ita nos p̄terita passione illius  
 ac p̄manēte i s̄cā r̄surrectione saluam̄.**

Quē em̄ p̄ores nū ex iudaeo p̄sō  
 crediderūt atq; amauerūt v̄ctū  
 rian. hūc nos et venisse credimus  
 et amam̄. eiusq; desiderio atten  
 dimur. ut eū facie ad faciem con  
 templemur. **Benedictū qd̄ veit  
 regnū p̄ris nri dauid osanna i ex  
 celsis. Regim̄ i euangelio ioh̄is  
 qd̄ referte de q̄nq; p̄ambz et duobz  
 p̄sibz turbe voluerūt rape ihesum  
 et cōstituerē eū regem. s̄ ne h̄ p̄fi  
 cere possent. ip̄e in mōrem fugien  
 do precauit. Nūc at̄ vbi passus  
 iherusolimā veit nō refugit eos  
 qui se regem faciūt. q̄ agmine glo  
 rifico et ymnis dei filio ac regē dñi  
 nri ac ciuitatē regiam ducūt. Non  
 v̄p̄runt voces eorū. qui regiam  
 p̄uarche dauid i eo restaurandā  
 et p̄sre bñdctōis dñi recitandā  
 cōtinuūt. vt qd̄ go hoc qd̄ p̄is fu  
 gendo declinauit. modo libēs am  
 plectitur. regnūq; qd̄ adhuc victū  
 i mūdo suscipe noluit. iam iamq;  
 exitusq; p̄ passionē crucis de mūdo  
 nō negauit suscipe. nisi ut apte  
 diceret qd̄ nō temporalis et terrenus.  
 s̄ etim̄ i celis rex esset imperij. Ad  
 qd̄ p̄fecto regnū p̄ cōtēptū mortis  
 gloriā r̄surrectionis et triūphū as  
 censionis pueniret. Iym̄ ē qd̄ post  
 resurrectionem apparens discipulis  
 ait. Data est michi omnis p̄tis  
 in celo et in tra et cetera eiusq; locū.  
 Rōndū sane quāta sit cōsonantia  
 turbe dñi collaudantis cū voce  
 euangelicantis v̄gin nri gabrie  
 lis qui ait. **Ihc erit magnus et****

Filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius. et regnabit in domo iacob ieternū. Accipit autē sedem siue regnū dauid dñs. ut gentem cui dauid quondā tyalis regni gubernacula simul et exempla iusticie p̄buit. quamq; modulis ymnoz: sp̄italiū ad fidem atq; amorē sui conditoris accen dere solebat. hanc ip̄e factis v̄bis domo t̄ p̄missis tantū mediator dei et hominū dignis ad regnū celeste t̄ immortale vocaret. atq; ad ipsā dei patris visionē intruderet. In quo uāgitur: osanna i exultis. id est salus. p̄spice oūdit. q̄ aduēt⁹ xp̄i nō tū hōm salus. s̄ totū mūdū sit. Terrena iūgens celestibz. ut oē ei genu flectat celestiū t̄ terrestriū et infernorū. Nōndū sane qd̄ osanna v̄bū hebraicū cōpositū ē ex duobz corrupto t̄ itegro. Salua nāq; siue salufica apud eos dicit⁹ osi. it̄ uēo anna iteriectio est deprecantis. Quō apud latinos iteriectio ē dolētis heu. et iteriectio ammirantis pape. De inq; i psalmo centesimo septimo dicitur ubi septuagita iter p̄tres trāstulerūt. O dñe saluū me fac. In hebreo sc̄ptū est. anna adonay osi anna. Qd̄ int̄pres n̄r ihero nim⁹ diligentius elucidans ita trāstulit. Obsecro dñe. salua obsecro. idem nāq; significat o dñe p̄ iteriectiōne obsecrātis. qd̄ obsecro dñe p̄ ip̄m verbū obsecratiōis. Osanna itaq; salua obsecro siḡfimt cōsupta h̄a id ē vocali q̄ v̄bū p̄ t̄māt cū p̄fē d̄.

osi p̄ vtutem h̄e vocalis aq̄ verbū sequēs incipit anna. qd̄ metrica i ver s̄ibz scandendissimaliphā vocant. q̄muis sc̄ptā h̄am scandentes trāstulant. bant. In h̄ aut v̄bo osanna i h̄a nec saltim scribat. s̄ sensu loquētū saluo fādīt t̄ t̄mittatur. Et intrauit iherusolimā in templū. Qd̄ ingress⁹ ciuitate. p̄mo tēplā adyt. formā nobis religionis quā seq̄m̄ p̄mon strat. ut cū forte villā aut oppidū aut alū quēlibz locū i quo sit dom⁹ orōis deo cōsecrata intram⁹. p̄mo ad hanc diuitam⁹. Et postq̄m nos dñō p̄ orōnū studia cōmendauerim⁹. sic dem̄ ad agenda p̄t que venim⁹ tyalia negotia fecedam⁹. Appropinquate aut t̄pe passiois. appropinquare voluit dñs loco passiois. ibiq; p̄xim⁹ manere vbi cōstituto ac presm̄to an̄ sc̄dā t̄pe iueneri posset ab eis p̄ quos eadē eāt passio complenda. quo etiā p̄ h̄ cūctis t̄maret audientibz. qd̄ nō iuit⁹ mortē ut p̄fam patruere. s̄ sua sponte subiret. cui⁹ hora p̄ximāte intrepid⁹ locū adyt i quo se esse passurū t̄ p̄ sep̄m et p̄pharū suor ora longe ante p̄dixerat. Nōndū uero qd̄ h̄c it̄roit⁹ ei⁹ i iherosolimā quāq; dies pasche i quo miseria sacrosante passiois sue implere decreuerat fact⁹ est. Narrat em̄ iohes qd̄ an̄ sex dies pasche uenerit bethanā. ubi cena ei facta t̄ discubentibz multis soroz eum lasari maria vnguento misico pfuderit. atq; in crastinū a simo

†

T



sedens obuiante cum palnis pluri-  
 ma turba uenerit iherosolimam.  
 Ubi non pretereunda silentio est non  
 tantum concordia in rebus. uerum etiam  
 in typis ueteris et noui testamenti  
 uim et ueritatis. legis et euan-  
 gelij. Scriptum namque in lege est dicen-  
 te domino ad moysen et aaron. uen-  
 sis iste uobis principium mensium primus  
 erit in mensibus anni. loquuntur  
 ad unumquemque filiorum israel et dicitur  
 ei. Decima die mensis huius tollat  
 unusquisque agnium pro familia et  
 domos suas. Et paulo post. Et  
 seruabitis eum usque ad quintadecimam  
 diem mensis huius. immolabitque  
 eum uniuersa multitudo filiorum israel  
 ad uesperam. Decima ergo die mensis  
 primi agnus qui in pascha immolaretur  
 domum introductus iussus est. quod et dominus  
 decima die eiusdem mensis hoc est  
 ante quatuordecim dies pasche in ciuitatem  
 in qua pateretur erat ingressus.  
 Et sicut agnus de toto grege electus  
 certum sue uictimationis diem expec-  
 tabat: ita et dominus conuante aduersum  
 se omni femorum et principum consilio certum  
 prestolabatur horam in qua seipsum pro  
 salute mundi oblationem deo et  
 hostiam in odore suauitatis offerret.  
 Immolabat agnus quintadecima  
 die primi mensis ad uesperam. et dominus  
 eadem hora agnum cum discipulis  
 manducans ubi legis pasche de-  
 creta compleuit. egressus est cum eis  
 statim ad locum ordonis. ubi comprehensus  
 est a iudeis et ligatus in sacra-  
 menta beate uictimationis sue inchoaret.

Et circumspectis omnibus cum uel  
 uel hora exiit in bethaniam cum  
 duodecim. Quod huius semel fecit. si per  
 omnes quatuordecim dies ex quo iherosolimam  
 ascenderat. usque ad tempus passionis  
 horum agere solebat semper ut per  
 diem in templo doceret. noctibus  
 uero exiens moraretur solueti in mane  
 sicut in lucra legitur. Docendo enim  
 incredulos officium correctionis sedulo  
 impendebat. commanendo autem apud  
 fideles gratiam eius benignitatis pro-  
 prius exhibebat. Bene autem dicitur.  
 quod circumspectis omnibus exiit in betha-  
 niam. Inspicit quippe iterum habitum  
 omnium corda. et cum in contumacibus  
 ac resistentibus ueritati non inuenit  
 ubi caput reclinaret. secedit ad fi-  
 deles et in eis qui obediunt uerbo  
 mansionem sibi unam cum patre facere  
 gaudet. Bethaniam namque domus  
 obicit dicitur. Hoc quoque intelligendum est  
 quod tunc dominus fuerit paupertatis et  
 ita nulli sit adulatus. ut in urbe  
 maxima nullum hospitem nullam inue-  
 nerit mansionem. sed in agro paulo  
 apud lazaram sororemque eius habitaret.  
 eorum quippe uicus bethaniam est. Et  
 alia die cum exiret a bethaniam e sursum.  
 Esuriens uel ueritate humane carnis  
 ostendens. uel esuriens salutem credentium  
 estuans ad incredulitatem israelitum.  
 Cumque uidisset a longe ficum habentem  
 folia. uenit si quid forte inueniret  
 in ea. Et cum uenisset ad eam nichil inue-  
 nit preter folia. non enim erat tempus  
 ficorum. Et respondens illis dixit eis. In non  
 aperiatis in eternum quoniam ex te fructum manducaret.

Quo dñs multa i pabolis dicere. ita  
 etiā nōnulla i pabolis facere solebat.  
**Q**uid etiā cause erat ut esuriens  
 fructu i ficulnea q̄reret q̄rū temp⁹  
 nondū eē quilibz homo nouerat.  
 arborez qz qd̄ fructū p id t̄pis non  
 haberet et ne sterilitatis maledictioe  
 dāpnaret. nisi qz plebem quā v̄bo  
 dorebat. hoc etiā facto terrebat.  
**R**e quis habendo folia z fructū nō  
 habendo. h̄ est iusticie absqz opibz  
 p̄tendēdo ex t̄di z i ignē p̄a mereret.  
**V**naqueqz em̄ arbor nō de floribz  
 s̄ de fructu suo cognoscitur. Id est  
 vnusqzqz homo nō de estimatiōe  
 fame uel sermonū pompa. s̄ de  
 suarū testimonio p̄bat̄ actionū.  
**E**suriens ḡ dñs vidit ficū h̄ntem  
 folia. z venit q̄rere fructū in illa  
 nec inuenit. qz salute desiderans  
 h̄ntem ḡns vidit iudeā h̄ntē elo  
 quia legis z p̄pharū. venitqz pro  
 bare docendū corripuendū. miracu  
 la faciendo. si quē forte i corū cor  
 de fructū fidei z vite posset inuenire.  
**E**z qz folia sine fructu habere  
 repta est ficulnea dāpnat̄. qz  
 iudea que v̄ba s̄pturē s̄ opibz  
 sonabat digna est vltione punita.  
**H**oc at̄ dixerim nō qd̄ tota syna  
 goga fuit abiecta. ex qua vtiqz  
 constat qd̄ de p̄mitua fuit etiā  
 cōstructa. s̄ illa nimirū porno  
 synagoge dāpnari meruit. que  
 esuriētē xp̄m pasere h̄n opando  
 recusauit. q̄ folijs v̄borū spiritualū  
 magnis obumbrare qm̄ fructibz  
 sp̄s voluit onustari. **A**z ipse

ditat alibi. **E**go vado z q̄ritis me.  
 et in p̄tō v̄o mouerim. **C**ongruat  
 sane hic locū illi et̄ p̄bole ubi ait.  
**A**rborem ficū habebat quidā plāta  
 tam i vinea sua. et venit q̄rens  
 fructū illi⁹ z nō inuenit. **D**ixit aut̄  
 ad cultorē vinee. **E**ne am̄ tres sūt  
 ex quo venio q̄rens fructū i ficulnea  
 hac z nō inuenio. **F**acite ḡo illam  
 ut quid etiā t̄rā occupat? **E**t ille  
 r̄ndens dixit illi. **D**ñe dimitte illam  
 z hoc anno usqz dā fodiam t̄rā illam  
 z mittā sterora. **E**t si q̄dem fecerit  
 fructū. s̄m̄ autē in futurū sum̄is eam.  
**C**ultor aut̄ benec̄ ordo est aplōrū  
 doctorūqz spiritualū. i synagogam  
 ne perieret diligētē ad p̄tentiā  
 vocare. proqz ei⁹ salute dñō supplicāe  
 studuerunt. p̄cipue iacobz frater  
 dñi. qui regendē iherusolimoꝝ ecclē  
 platus est. **V**erū qz illa nec i legi  
 libus edictis. nec i p̄phetis cōtesta  
 tiombz. nec i p̄a chorustantis eu  
 angelij gr̄a fructū ob̄ie ferre con  
 sensit. quasi tribz am̄s ficus sterilis  
 p̄manēs abiecta est a dñō z et̄  
 maledictione subuersa. **N**āqz non  
 solū ab electorū sorte repulsa. s̄ ab  
 ip̄a etiā quā inanis occupabat t̄rā  
 absisa est. **E**z z tu si nō vis audire  
 i iudicio a xp̄o. discede a me maledicte  
 in ignem eternū. qz esurius z non  
 dedisti michi māducare. arbor esse  
 sterilis i hac vita raueto. q̄ipocus  
 paup̄ xp̄o z esuriēti fructū pietatis  
 quo indiget offer. **E**t veniūt ihe  
 rusolīmā. **E**t tū introisset templū  
 cepit eicere vendentes et ementes

in templo. et mensas numulariorum  
et cathedras venditum colubas cecit.

**Q**uod maledicendo facti infructuosam  
per figuram fecit dominus. hoc idem mox  
apertius ostendit citando in templo  
**N**ecque aliquid enim pretium aut arbor. quod  
esuriens dominus poma non habuit quam  
necdum tempus aduenerat. sed peccata  
vere sacerdotes qui in domo domini secularia  
negotia gerebant. et fructum pietatis  
que debuerant quemque in eis dominum  
esuriebat ferre supersederant. **A**re  
fecit dominus arborem maledicto. ut homines  
hec videntes sive audientes nihiloma  
gis intelligeret sese domino reprobandos  
esse iudicio. si absque operum fructu  
de plausu tantum sibi religiosi ser  
monis velut de somitu et tegmine  
blandirent viridantium foliorum.  
Verum quod non intellexerunt ipsos conse  
quenter distractione merite ultionis  
exeruit. **E**ientque commercia rerum  
humanarum de domo illa in qua dominas  
tamen res agri. hostias et orones deo offerri.  
verbum dei legi audiri et decantari precep  
tum erat. **E**t quidem credendum est quod  
ea tamen vendi vel emi reppererit in  
templo quod ad misterium necessaria essent  
eiusdem templi iuxta hoc quod alias  
factum legitur in idem templum ingre  
diens iuvenit in eo vendentes et emen  
tes oves et boues et colubas. **Q**uia  
mirum omnia non nisi ut offerrentur.  
In domo domini eos qui de longe venerant  
ab indigentis comparare credendum est.  
**S**i ergo dominus nec ea volebat in templo  
venerari quam in templo volebat of  
ferri videlicet propter studium auaricie

sive fraudis quod ipsum solet esse nego  
tiantium famam. quoniam putas aduoc  
sione puniret. si inuenisset aliquos  
ibi risu vel vaniloquio vacantes.  
aut alij cuilibet vino mancipatos.  
**S**i enim ea que alibi geri libere poterant  
dominus in domo sua tyalia negotia geri  
non patitur. quoniam magis ea quam nusquam  
fieri licet plus celestis ire meretur.  
si in edibus deo sacratis aguntur. **V**erum  
quod spiritus sanctus in coluba super dominum appa  
ruit. recte per colubas sancti spiritus caris  
mata signantur. **Q**ui autem sunt in templo  
dei hodie qui colubas vendunt. nisi  
qui in eterna pretium de impositione ma  
nus accipiunt. per quam videlicet impo  
sitione spiritus sanctus relictus datur. **C**o  
luba igitur venditur cui manus in  
positio per quam spiritus sanctus accipitur  
ad pretium prebetur. **E**t reprobator in cathedras  
venditum colubas cecit. quod talium  
negotiatorum sacerdotum destruit. **I**tem  
est quod sacri canones simoniam  
heresim dampnant. et eos sacerdotum  
preuarum preceptum. qui de largiendis  
ordinibus pretium querunt. **C**athedras  
ergo venditum colubas evertit. quia  
hij qui spiritalem gratiam vendunt  
vel ante humanos vel ante dei oculos  
sacerdos preuarum. **E**t non sinebat ut  
quisquam transferret vas per templum.  
**D**e vasis dicit illis que maritandi gratiam  
inferebant et ceterum absit ut vasa  
deo dicata dominus eiceret de templo.  
vel transferri prohiberet in templum  
futuri sui examinis inigne preterit  
exemplum. **E**t potius timida et apphena  
eliminat vasa de templo. ac ne amplius

inferant phibet. qm̄ nō solū omēs  
de etiā repellit ac deturbat ip̄bos.  
verū etiā ne ultra ad turbandam  
etiā intrent. et nō eos verbere  
cōpesat. **Et** et in p̄nti h̄ est veim dom⁹  
dm̄ id est cordiū fidelū purificatio.  
ut nō tm̄ p̄m̄ q̄ merant diuinit⁹  
missa cōpūctio tollat. s̄ etiā ne her  
ultra repetant dīna t̄ eis grācia  
p̄seuerans adiuuet. **Et docebat**  
**dicens eis.** Pone septū ē q̄ dom⁹  
mea dom⁹ orōis vocabitur oībus  
gentibz. Om̄ibus m̄qt̄ gentibus  
nō b̄m̄ genti iudee nec in bno ihe  
rusolime debis loco. s̄ in toto orbe  
fravd. **Et** neq̄m̄ taurorū ⁊ hircorū  
⁊ arictū. sed orōis. Vos at̄ fecistis  
eā spelūcam latronū. Qui ad acci  
pienda munera in templo residebāt.  
p̄fecto q̄ quibusdam nō dantibus  
lesiones exquireret dubiū nō erat.  
Dom⁹ go orōis spelūca latronum  
facta fuerat. q̄ ad hoc ī templo as  
sistere nouerant ut aut nō dantes  
munera studeat̄ corporaliter p̄sequi.  
aut dantes sp̄ritaliter necare. **Tem**  
plū quoq̄ ⁊ dom⁹ dei ē ip̄a mēs. atq̄  
cōscia fidelū. q̄ si qm̄ in lesione p̄ximī  
p̄uersas cogitationes p̄fert quasi  
in spelūca latrones resident. ⁊ simpli  
ter gradus iter faciūt. qm̄ ī eos  
quī ī nullo rei s̄ lesione gladios  
defigūt. q̄ mens em̄ fidelū nō iā dom⁹  
orōis. s̄ spelūca latronis est. quōd  
relicta īnocentia ⁊ simplicitate  
sanctitatis illud conatur agere. vnde  
valeat p̄ximis nocere. **Et tūc**  
**ne transiret videt̄ finū arida frāa**

radicibz. **Nā** rami tantū aut s̄ipes  
īfructuose fia. s̄ ip̄a etiā indix̄ are  
fiendo sm̄am dīne ī se ip̄batiois cōdit.  
**Et iohes** ait. q̄ securus ad radicem  
arborū posita est. **Ar**efacta ē itaq̄  
ficia radicibz. ut cōderet̄ gens impia  
nō ad temp⁹ uel ex p̄te corripieda  
exteriorū inuisibz ⁊ mox ī misericordie  
dno post actā p̄m̄am p̄sire restitue  
da libertati. ut sepe factū sacra  
hystoria refert. s̄ eterna potius  
dāpnatioe ferienda. **Ar**efacta ē  
radicibz. ut ītinaret̄ nephanda  
plebs nō solū huāna glōia forisera.  
verū etiā dīno fauore fūdit⁹ esse int⁹  
destituenda. **Nā** ⁊ salute vitāq̄  
quā accipere poterat iherus. ⁊ quam  
iam p̄ceperat p̄m̄am p̄didit iherus.  
**Et rudes ih̄us** ait illis. **Habete**  
**fidem dei.** **Im̄en** dico vobis. q̄  
quicūq̄ dixerit huc mōti tollere  
⁊ mittere in mare. ⁊ nō hesitauit  
ī mōte suo. s̄ crediderit q̄ q̄dūq̄ dixerit  
fiat. fiet ei. **Volent** gentiles qui  
contra etiā maledicta s̄p̄sere  
im̄perare m̄is. qd̄ nō habuerunt  
plenā fidem dei. q̄ nūq̄m̄ mōtes  
trāsferre potuerunt. **Quibz** r̄ndū  
nō oīa scripta esse q̄ ī etiā s̄gesta.  
sicut etiā de factis ip̄i ⁊ xpi dei et  
dm̄ nri s̄ptura m̄a testat̄. **Vn̄**  
⁊ h̄ quoq̄ fieri potuisse vt mons  
ablatus de t̄ra mitteretur ī mare.  
si n̄citas id fieri poposisset. quō  
legim⁹ factū p̄abz b̄ti p̄ris gre  
gorij neccessarie ponti antistitis  
vni meritis ⁊ virtutibz eximij at  
mons in t̄ra tm̄ loco cederet q̄ntū

mole civitatis opus habebat. **C**um  
 ei volens edificare etiam in loco apto  
 videret eum angustiore esse quam res  
 exigebat. eo quod ex una parte rupe  
 maris. ex alio monte primo con-  
 taretur. venit nocte ad locum et ge-  
 nibus flexis admonuit dominum pnis-  
 sionis sue. ut montem longius iuxta  
 fidem petentis ageret. **E**t mane  
 facto reuersus tuent motentatum  
 spatium reliquisse structoribus etiam  
 quantum opus habuerat. poterat ergo  
 hic. poterat alijs eiusdem loci vni si  
 oportunitas ex ipsis impetire a domino  
 merito fidei. ut etiam montes tollerentur  
 et mitterentur in mare. verum quod motus  
 nocte nonquam diabolus significatur.  
 videlicet propter superbiam que se contra deum  
 erigit. et esse vult filius altissimo.  
**M**ons ad preceptum eorum que fortes fidei  
 se tollit de terra et in mari portatur.  
 cum predicantibus verbum doctoribus sanctis  
 immoderatus spiritus ab eorum cordibus re-  
 pellitur qui ad vitam se predicant  
 et turbulentis amarissimis infidelium  
 mentibus vesania sue tyrannidis exer-  
 cere permittit. non quod ibi et contra se-  
 dem regnumque non haberet. sed quia  
 tanto acrius eos quos licet desunt  
 quanto amplius se delecta lesione prope  
 fuisse depulsus. **C**uius simile est illud apo-  
 calypsis. **E**t sedes angelus tuba reci-  
 nit. et ecce tanquam mons magnus igne  
 ardens missus est in mare. **T**unc et  
 etiam angelo tuba motus igne ardens  
 missus est in mare. id est predicante verbum  
 doctore veritatis. antiquus hostis  
 iudie fuerit atrensus. peritorum aios

grauius corruptur. **A**dmit. ut dolere  
 expansionis sue de fidelibus videretur  
 in pfidis. **E**t cum stabitis ad orandum  
 dimitte si quod habetis aduersum aliquem.  
 ut et per vos qui in celis est dimittat vo-  
 bis peccata vestra. **N**onda distinctio  
 de prauitate. **Q**ui perfectam habet fidem  
 que per dilectionem operatur. ille orando  
 ut etiam iubendo potest transire motus  
 spirituales. quod fecit paulus de elyma  
 mago. que et oculis et arte nefanda  
 suauit. quod de phylomissa et philippis  
 de qua spiritus malignum motu videlicet  
 supbissimum erant. **E**t idem mons  
 in mare prope quantum furibundum ignis  
 huic intulerit subsecuta confestim  
 contra eum gentium persecutio perducit.  
**Q**ui uero tante fastigium perfectionis  
 necdum conscendere queat. postulet  
 sibi peccata dimitti quo ad vni more  
 mereantur peccata et absque dubio  
 impetrabunt quod petunt sicut in se  
 peccatis alijs primo ipsi dimittantur.  
**E**manat hoc facere contempnit. non solum  
 oratio virtutes facere. si nec suorum  
 possunt consequi veniam peccatorum. **E**t cum  
 ambularet in templo accedunt ad eum  
 summi sacerdotes et scribe et seniores  
 et dicunt illi. **I**n qua potestate hoc facis.  
 et quis tibi dedit hanc potestatem  
 ut ista facias. **D**uisis modis eandem  
 quam supra calumpniam seruit. quod  
 dixerunt in belzeubus principe demonum  
 morum erant hic demonia. quoniam ei dicitur  
 in qua potestate hoc facis: de dei dubitat  
 potestate. et subintelligi uoluit diaboli esse  
 que faciat. **A**ddentes quoque quod tibi  
 dedit hanc potestatem. manifestissime

filiū dei negant. quē putant nō suis  
 sed alienis vrbz signū facere. Ihūs  
 autē rēdēns ait. Interrogabo vos et ego  
vniū vrbū et rēdēte michi. et dicā vobis  
in qua ptate her faciam. Baptismū  
 ihūs de celo erat an ex hominibus.  
 rēdēte michi. poterat dñs aperta  
 responsione temptatorū culpā suā  
 confutare. sed prudenter interrogat  
 ut suo uel silentio ul' smā cōdēpnēt.  
 Et illi cogitabant se cū dicentes. Ei  
dixerim⁹ de celo dicit vobis. quare  
gō non credidistis ei? Quē cōfitem  
de celo habuisse pphā michi testimo  
niū pphāuit. et ab illo audistis i qua  
ista faciam ptate. Ei dixerim⁹  
her hōibz timebāt pphā. Deo ei hebant  
iohēm qz vere pphā esset. Vidēt gō  
qdlibz hōrū respondissent i laqueū  
se casuros timentes lapidationem.  
sed magnis timētis veritatis cōfessionem.  
Et rēdētes dicūt ihū. Resim⁹ Rēdēs  
ihūs ait illis. Neqz ego dico vobis in  
qua ptate her faciam. Nō vobis dico  
qd scio. qz nō vultis fateri qd scitis.  
Iustissime rēpulsī. utiqz cōfusi abresserūt.  
Et impletum ē qd in psalmo p pphā  
dicit deus pater. Parauit lucernā  
xpō meo. Id est ipm iohēm. Inimicos  
eius induam confusione. Notandū  
at qz duas ob causas maxime scia  
veritatis ē occultanda qrentibus.  
Et videlicet is qui qrit aut minus  
capax est ad itelligendū qd querit.  
aut odio ul' cōtemptu ipi⁹ veritatis  
idignū est cui debeat apiri qd qrit.  
Quorū ppter vniū dñs ait. Adhuc  
habeo multa vobis dicere. sed non

potestis portare modū illa. ppter aliud  
 uero disciplis pcepit. Nolite dare scū  
 canibz. neqz mittatis margaritas  
 vrbz an porcos. Capitū duodecimū.

**E** Capitū i pabolis loquēti  
mea pastinavit hō. et cōdidit  
sepe et fodit lacū et edificauit  
turrim. homo iste qui pastinavit  
 vineā. ipē est qui i alia pabola con  
 duxit oparios i vineā suā. Qui plan  
 tauit vineā. de qua ysaias plenissime  
 p cāntū loquitur ad extremū i ferens.  
 Vineā dñi sabaoth dom⁹ isrl' est.  
 Et i psalmo. Vineā māt de egipto  
 trāstulisti. ceteris gentes et plantasti  
 eā. et sepe cōdidit ei ul' muro vrbis.  
 uel angelorū auxilio. Et fodit mea  
lacū. siue torcular aut altare. a illa  
torcularia qru et tres psalmi titulo  
pnotant. octau⁹. et octogesi⁹. et octo  
gesim⁹ trius. Et edificauit turrim  
haut dubiū qn cōplā de quo dicitur  
p michēā. Et tu turris nebulosa  
filie syon. Et locuut eā agricolis.  
 Quos alibi vinee oparios appellauit.  
 qui cōducti fuerant hora pma tria  
 sexta. et nona. Et pēgre pfect⁹ est.  
 Nō loci mutatione. Nā deus vinee  
 abesse potest quo cōplentur omnia:  
 et qui dicit p iheremiā. Ego deus  
 appropinquas et nō de longe dicit dñs.  
 Et abire videtur a vinea. ut vinito  
 ribus liberū opandi arbitriū dēre  
 inquit. Et misit ad agricolas i tpe  
seruū ut ab agricolis acciperet de fructu  
vinee. Qui assidens eum ceciderūt  
et dimiserūt vātū. Bene tempus  
fructuū posuit nō puctū. Null' em

fructus extitit populi contumacis. Nullus  
 huius vinee puerus. tunc et sic rebro ac  
 solitate queret. muet est. Seruus go  
 qui primo missus est. ipse legiser moyses  
 intelligitur. Qui quodraginta annos  
 continuos fructum aliquem legis quam  
 dederat a cultoribus inquirebat. Et  
 resu eam dimiserunt bacuum. Irrita  
 uerunt enim moyses in castris. et adu-  
 sanctum dominum. Et vexatus est moyses  
propter eos. quod exacerbauert spiritum  
 eius. Qui et ipse seruus. quod de fructu  
 vinee huius sentiat palam carmine  
 declarat dicens. Ex vinea eius sodo  
moram vitis eorum. et pro pago eorum ex  
 gomorra. Vua eorum vua felis. bo-  
 trus amaritudinis ipsius. Furor dia  
conum vium eorum. et furor aspidum  
 insanabilis. **F** Et iterum misit ad illos  
alium seruum. et illa in capite vulnera-  
 uerunt et contumelias affecerunt. Ter-  
cius alter. dauid regem philistinorum  
 et ceteros psalmistas significat. Qui  
 post moysen missi fuerunt colonos  
 vinee post edicta legalia. psalmo  
 die modulatione. et dulcedine ty-  
 thare ad exercitum boni operis excitaret.  
Quia et ipse dauid qui cor populi ad cele-  
 stia desideranda suspenderat. inter-  
 ritus carnalium victimarum laudes  
 dominum continuas suauis melodia decantari  
 constituit. Et et hunc affectum contume-  
liis in capite vulnerauerunt. quod psal-  
 mistarum carmina que ad laudem  
 dominum vocabant propendentem. ipsum  
 qui psalmodie caput in spiritu sancto et fons  
 claruerat dauid abiecerunt. Dicentes  
 enim. Que nobis pro dauid aut que

hereditas in filio israhel? Regnum simul  
 eius ignobili stirpe. et religionem  
 impietate mutauerunt. Attamen ipse  
 pro hac vinea quam de egipto transfusa  
 palestine motis sua obubratione  
 preceperunt. ne radiantur extimaret  
 orabat. Domine deus virtutum conuertere  
nunc. respice de celo et vide et visita  
 vineam istam. et dirige eam quam plantauit  
 dextera tua. ubi pater exposuit  
 qui sit homo ille qui hanc vineam  
 plantauit. dominus videlicet deus virtutum.  
Et rursum alium misit et illa omiderunt.  
et plures alios quosdam cedentes.  
alios vero omidentes. Tertium cum  
 suis formis seruum. philistinorum theorum intel-  
 lige qui continuos attestacionibus populum  
 conuenerunt. et quod hunc vinee ventu-  
 ra imminerent mala prederunt. Et  
que philistinorum non sunt persecuti. et occiderunt  
 eos qui perueniebant de aduentu domini  
 saluatoris. Et hinc autem multa de huius  
vinee sterilitate dixerunt. Et vnum  
theremie placentum ponere sufficiat  
Ego autem magister plantavi te vineam  
electam omne semen verum. quod conuulsa  
 es in prauam vineam aliene. Et hinc sane  
 tribus seruorum gradibus. omnium scilicet lege  
 doctorum figuram posse comprehendit  
 dominus alibi manifeste pronunciat dicens.  
Quoniam uere est impleri omnia que scripta  
sunt in lege moysi et prophetis et psalmis  
de me. Adhuc ergo vnum habes filium  
carissimum. et illa misit ad eos nouum  
simum dicens quod uidebitur filium meum.  
Quod autem uidebitur filium meum. non de  
 ignorancia venit. Quid enim nesciat  
 pater familias. qui hoc loco deus per

72  
intelligit. Et semp ambigere dicitur  
deus. ut libera voluntas hominis refer-  
retur. Interrogemus autem eum et eum  
nominum. Erre patet dicitur ignorare et sen-  
tentiam temperant. et quantum in nobis  
est probatur esse mentis. Quicquid pro-  
pter viderunt. hoc intelligant per filio  
qui se dicit ignorare resurrectionis  
diem. Coloni autem dixerunt ad iherosolimam.  
Hic est heres venite occidam eum.  
et terra erit hereditas. manifestis-  
sime dominus probat iudeorum principes  
non per ignorantiam. sed per invidiam cruci-  
fixisse filium dei. Intellexerunt enim  
hunc esse cui datum est. postula a  
me et dabo tibi gentes hereditate  
tua. et propterea quasi sibi consulentes  
aciebant. Erre mundus totus per eum  
abijt. et si dimittit tunc eum sic oes  
credent in eum. Hereditas ergo filij  
etiam est cunctis ei data de gentibus.  
quam non moriens illi patet reliquit.  
si ipsa sua morte mirabiliter ac-  
quisivit quod resurgens possedit. Hanc  
